

DISPUTATIO JURIDICA,

DE

CITATIONE

in genere ac in specie

PUBLICA,

Quam

DEO FORTUNANTE

*In Illustri Salana,*

PRÆSIDE

DN. GEORGIO ADAMO

Struben/ Jcto Consummatissimo, Con-  
filiario Intimo Saxo-Vinariensi Eminentissimo, Facultatis  
Juridicæ Præsidi Ordinario Magnifico, Curia Provincialis & Sca-  
binatus Assessore Primario gravissimo, &c.

*Patrono suo ac Promotore, devoto venera-  
tionis cultu aeternum suspiciendo,*

Publicè

H. L. Q. C.

*Juris Cultorum disquisitioni submitte*

IOHAN BALTHAS. KALDEWEY,

Lippia-Westphalus.

M. Aug. d.

A. Æ. C. clo lbc LXXIIX.

JENÆ,

Typis IOHANNIS NISLI

Diss. jur. civ.

Diss. jur. ci

83,12

V I R O  
MAGNIFICO, NOBILISSIMO,  
CONSULTISSIMO

DN. JOHANNI ANDREAE

WESERMANN

Jcto Excellentissimo, Seren. Elector.  
Brandenb. Consiliario & Vice-Satrapæ Emi-  
nentissimo, Commissario Ordinario Civitatis Lippiæ  
in Ecclesiasticis Gravissimo, Illustr. Comitis Lippiaci  
Nobilis Virginum Cœnobii Cappelensis Præfecto  
& Advocato Vigilantissimo &c.

*DN. Avunculo, Evergetæ ac Patrono suo omni animi sub-  
missione suspicendo, prosequendo.*

UT ET

V I R O

PER-STRENUO AC NOBILISSIMO

DN. BALTHASARI Baldewey/  
antehac Sereniss. Elector. Brandenburg.  
Legionis pedestris Vice-Gubernatori  
fortissimo &c.

*Dn. Parenti suo summa observantia venerando, colendo.*

*Ad testificandam devotam pariter atque devinctam mentem, non  
tam bocce chartaceum munus & primitias legatas, quam (e-  
ipsum debita observantia & obsequio submissè*

*Offert & commendat*

**AUTOR.**



L. S.



Ogitanti mihi, quale præ cæteris argumentum juridicorum profectuum specimē, Exercitii Academici loco, proponerem, materiam, non sola tituli ambitione, sed vero in judiciis usu commendabilem elaborare fuit consilium. Si enim in omni re suscipienda scopus & finis merito respiciendus; Is vero in LL. disciplina absque omni controversia sit practicus, ad actiones hominum dirigendas sc. & componendas, comparatus; praxin tanquam cynosuram in addiscendo jure ob oculos perpetuo habendam esse, nemo negabit. Quia hæc est vera, imo optima juris interpret, enucleatrix atque intellectrix, hæc anima LL. hæc speculum opticum, in quo veritas earum splendescit, uti passim à diversis Authoribus salutatur suo merito atque commendatur. Elegi igitur præsentem de CITATIONE, præsertim PUBLICA, materiam, inter juridicas, maxime practicam; inter practicas,

A 2

præ-

præprimis utilem atque celebrem. Utilitatem hujus argumenti praxis commendat; praxin ostendit frequentia. Siquidem ipso æterno jure ad omnem controversiam legitime terminandam, requiritur; cui & Jus Civile optime succenturiatur, dum principium actionum instituendarum ab Imp. describitur. Sed pluribus hæc ostendere velle, esset hominis temporis plane prodigi; dubitare, hominis sensu omni carentis. Calcar præterea addidit quoque Viri Magni autoritas, qui, in prælectionibus suis, hoc argumentum Studiosorum diligentiae Academicæ, ob DD. de Edictali Citationem commentantium paucitatem, commendabat. Faciliorem itaque mihi veniam promitto, si id, quod vel neglectum, incultumque antea jacuit, vel sparsum disjectumque apud Jctos reperitur, neque justo ordine congeffi, neque debita accuratione tractavi, dum nihil simul inceptum atque perfectum est; Et mihi proinde hac præsertim ætate excusatio proderit, quam Imp. in *l. 2. §. 14. C. de V. J. E.* humanæ imbecillitatis solatio proponit: dicens, quod omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare, divinitatis magis quam mortalitatis sit.

TH.I.

THESES. I.

**Q**V vero singula legitime procedant, instituti est, præmissa parte generali Citationis, specialem de Edictali subjungere, quia specialium non cognitio generalibus quasi sine capite esse videtur tractatio. Petr. Frid. Mindan. *de mandat. pr. c. 1.* & cognitioni specierum recte præcedit informatio generis Bronchorst. *in oratio. de stud. jur.* Ut autem hæc omnia fauste ac favente Minerva succedant, faxit Deus T. O. M. ob nominis sui gloriam, per Spiritum S.

DE CITATIONE IN GENERE.

II. Primo autem & in principio statim videndum ejus I. Onomatologia, & quidem quantum (1.) ad Etymologiam, Vox Citationis oritur à citando, hæc q; à ciendo, id est, provocando; vel à cito eo, nisi enim vocatus cito ad terminum præpositum comparebat, puniebatur; & olim obtorto collo trahebatur Bachov. *ad §. 3. l. de pæn. tom. lit.* idque ex LL. XII. Tabb. verba enim sunt. Si in jus vocet, atque eat, ni it, ante staminor, igitur en capito, si calvitur, pedemque struit, manum endo jacito &c. v. Gothof. *in fragm. LL. 12. T. 1. 17.* vel vom Ziehen / juxta Spohr. *Teutschen Advokat. lib. 4. c. 5. n. 1.* ubi plura. (2.) venit Homonymia; Sumitur autem, vel pro provocatione ad judicium idque vel cæleste, cujus exempla, quoniam non sub nostro proposito, occurrunt apud Harsdörff. *im G. L. und L. Gesch. p. 3. p. 251. & p. 8. p. 255. & 256.* Lips. *in mon. pol. l. 2. c. 11. p. 281.* Vel ad terrestre, de qua infra pluribus; vel etiam pro omni vocatione, in sensu n. Grammatico. (3.) Synonymia; dum dicitur (α) in Jus vocatio, ut in ff. & C., quas tamen apud Veteres divisas fuisse constat ex Herm. Vultej. *de judic. l. 2. c. 2. n. 3.* Wilh. Ludw. *comm. ad d. §. 3. l. n. 1.* & hodie promiscue apud Jctos usurpari docent Magh. Dn. *Præf. Exerc. 5. tb. 7.* Weseimb. *in π. b. t. n. 2.* Meier. *Colleg. Arg. tb. 22. eod.* (β) Provocatio (γ) Ad ornamentum Masver. Jc. Gallus *in præf. forens.* quod deduxisse videtur ex ejus vernacula à verbo *adjourner*, seu uti Latinis profert *adjournari*, & hinc

Gallicum *adjournement*, citatio: II. Pragmatologia; & definitur, quod sit actus judicialis, quo quis negotii judicialis suscipiendi causa, ad locum judicii, certo die comparere, jubetur.

III. Decernit autem Citationem iudex, in quo communiter attendenda (1.) Jurisdictio, *l. 1. de judic. Vid. Henric. Bocer. Obrecht, Sutholt & c. tr.* Ratione cujus etiam dicitur tum ordinarius, tum delegatus. In hoc specialiter observandum, ut Commissionis suæ tenorem citationi inferat, quo cognoscatur, an competens ille sit nec ne *c. 14. x. de rescr. C. 31. x. de off. deleg. arg. l. 2. §. 1. si quis in jus. l. f. de jurisd. Mynf. 3. O. 1. n. 4. vid. Modest. Pistor. Proc. p. 1. c. 17. n. 8. Joh. Brunnem. tr. de proc. civ. c. 3. num. 11. & originale ejusdem in ipso comparitionis actu exhibeat Vult. d. l. n. 115. add. Wurmf. pract. O. 3. t. 2. n. 2. pro delegata enim non præsumitur, quia est strictæ interpretationis Gail. 1. obs. 48. n. 21. conf. Scacc. de jud. l. 1. c. 32. n. 24. 35. & c. 33. n. 16. De Magistratibus, ad quos olim Cives in Jus vocare potuerunt v. Tabor. ad Colleg. Argent. b. t. th. 3. (2.) Habilitas vid. Magn. Dn. Præf. 7 pr. for. l. 4. t. 6.*

IV. Tum etiam, quia jurisdictio non solum ex personis sed etiam ex loco æstimanda, *l. 20. de jurisd.* requiritur ut Iudex sit (3.) competens: Citatio enim emissa à notoriè incompetenti non obligat, neque vocatum arctat ad comparandum *l. 1. si quis in Jus. l. 2. l. 3. ne quis eum. l. f. de jurisd. l. 53. C. de decur. l. 1. C. si à non comp. l. 10. C. de sent. c. 12. de sent. excom. in 6.* ipse tamen iudex non est contumelia quadam afficiendus *Mev. 6. dec. 78.* sed si sit calumniator, siue cavillator recusans, mulctam eo nomine pati debet *Ant. Fab. in C. l. 3. t. 1. d. 34.* At, si in dubio volvitur competentia, tenetur comparare, sique habeat privilegia allegare *l. 5. de judic. l. 2. si quis in jus. Berlich. P. 1. concl. 10. n. 5.* ne cōtemnere auctoritatem judicis videatur, & ipsum ob hoc contra se exasperet *Petr. Termin. proc. c. 14. n. 3. & 4.* dum plus valet favor in iudice, quam omnis lex in Codice, juxta Pragmaticos. Dicta tamen restringit *Berlich. num. 6. ad casum*

casum, quando est generaliter judex ordinarius, secus, si singularis s. inter paucos, ut Dominus feudi Si quis autem dicit judicem incompetentem, hoc probare, nisi sit notorie talis, debet, quia pro eo est præsumptio *arg. c. 2. d. rest. spol. in 6. c. 7. de off. ord. eod.* Magn. Dn. Præs. *Ex. 9. th. 9.* & hic judex ipse potest de ea cognoscere *c. 1. x. de priv. l. 2. §. 6. l. 5. de jud. l. 2. pr. si quis in jus.* exceptiones vid. apud Gothofr. *add. l. 2. add. Petr. Greg. Tholos. Synt. jur. univ. l. 48. c. 3. n. 1. § 32.* Reus tamen de sententia lata ob competentiam appellare potest *Myns. 3. O. 35. Gail. 1. o. 130. n. 9. § 10. Hart. Hartm. præct. for. 1. 19. o. 23.* Sin vero judex est competens, & ejus citationi non paretur, fit vocatus contumax *l. 53. de re jud. vid. th. XXXIIX.*

V. Sequuntur nunc quinam possint in jus vocare, nempe ii, qui jus postulandi habent, ad Jus suum persequendum. *Coll. Arg. th. 4. b. t.* Vocantur vero, vel personæ simplices, vel quibus reverentia debetur; Hi temerè non citandi *l. 13. b. t. Leibn. p. 2. meth. d. d. jur. §. 25.* Quidam enim prohibentur ex Edicto Prætoris vel I. verbis directis, in (1.) totum, ut erant olim Magistratus majores *l. 2. b. t. l. 48. de jud. l. 15. l. 38. §. 10. ad L. Jul. de Adult. l. 12. pr. de accus. nisi ob delicta commissa t. t. C. ubi Sen. vel Clar. l. 16. de off. præf. l. 32. de injur. l. 4. C. ad L. Jul. repet.* quia honorem reatus excludit *l. 47. de rit. nupt. l. 1. d. t. ubi Sen.* quod tamen, postea mutatum (rationem vid. ap. *Mev 5. decis. 541. n. 1.*) & semper concessalis, modo fuerit impetrata venia ex justa causa *Trentacinq. præct. resol. p. 2. t. de cit. res. 1. num. 5. Wesemb. parat. b. t. n. 6.* Nec minus igitur & hodie, licet libera sit potestas litigandi cum Magistratu *Duar. ad b. t. c. 3. Umm. D. 5. th. 7. n. 37.* laxanda facile subditis obedientiæ frena, quia non tam cito & bene reparantur, quam rumpuntur. vid. *Gudel. de jur. noviss. l. 4. § 5. Hahn. ad Wesemb. d. n. 5. Busi. in l. 2. b. t.*

VI. (2.) In tantum, & prohibentur vocari, nisi hoc Prætor concedat *l. 13. b. t.* ut sunt 1. dd. Magistratus post mutatum Jus, 2. Parentes & filii inter se invicem *l. 4. §. 1. ff. l.*

*ff. l. f. C. eod.* Novercam tamen posse, docet *Jas. ad l. 13. b.* quia non comprehendatur sub nomine parentum, & generaliter loquatur *l. 4. b.* Ast, contrarium verius est, & praxi obtinet, patet etiam ex *l. 1. de post. §. 2. I. de injur. l. 4. §. 1. ff. l. 1. §. 2. C. b. t. Fachin. 10. contr. 88. junctis*, quinam parentum & liberorum loco veniant *l. 4. cum seqq. b. l. 10. §. 7. de grad. cogn. l. 1. §. 1. de leg. prest. l. 220. de V. S. 3. Patroni & Liberti l. 4. ff. l. 2. C. b. vid. Pistor. p. 1. c. 16. n. 17. & seqq. Coll. Arg. b. tb. 10. & de Vasallo contra Dominum, conf. Magn. Dn. Præses de feud. c. 11. tb. 3. Boër. dec. 271. n. 3. Gail. de pign. c. 15. n. 4.*

VII. II. Ex Interpretatione prudentum vocari nequeunt, ob rationem negotii (I.) publici, ejusque tum (1.) facri, nim. (a) Clerici ministrantes sacra *l. 2. b. l. 18. de proc. DD. ad l. 32. §. 4. de rec. quib. arb. quid de Monachis & Eremitis sentiendum vid. Coras. 1. misc. 10.* Et de iis qui ad Asylum confugere. *Vult. n. 44. cum seq.* (β) Præceptores Menoch. de arbitr. judic. l. 2. cent. 5. cas. f. Conf. Hunn. encyclop. c. 10. p. 2. t. 8. (γ) qui funus familiare ducit, *l. 2. b. mortuo justa facit vid. Gothofr. ibid. lit. O. & cadaver persequitur l. 3. eod. l. 4. §. 2. si quis caut. l. 1. §. 6. de inj.* Quod & moribus observatur, docente ex communi DD. voto *Frid. Schen. tr. de injus voc. n. 21.* dum nequidem hæredes ac cognati defuncti possunt sub spatio novendiali post obitum ejus conveniri, vel alio modo inquietari. Conf. *Magn. Dn. Præf. Ex. 48. tb. 88.* (δ) is, qui ducit uxorem, & femina quæ nubit viro *d. l. 2. Hahn. n. 5. b.* quod tamen vix, præprimis in criminalibus hodie observatur. Num idem dicendum de Doctore in Pompa Doctorali incedente vid. *Zas. ad l. 2. b.* ubi hoc affirmat, de Magistro autem negat *Vult. n. 56. 57. & 58.*

VIII. (2.) Tum secularis seu profani, & prohibentur citari. qui litigandi causa, in alio loco se sistere, coacti *d. l. 2. l. 4. pr. eod. l. 54. §. 1. de rejud. l. 2. §. 2. si qu. caut.* Quid de incarcerato vid. *Wesemb. conf. 97. Myns. 4. o. 53.* 2. qui in publico ob causam publicam transvehuntur *d. l. 2. v. Gothofred.*



fred. *ibid.* quorum etiam exemplum fuisse tradit Vultej. num. 50. apud Romanos, recognitionem die Musterung; qui in num. 52. & 53. quoque extendit hunc textum ad omnem causam publicam, ubi periculum in mora. His igitur positis, nec male huc referri possunt Astandæ & Hermerodromi, Postilionen/ Ordinanz-Reuter/ ut vulgo. (II.) Negotii privati ergo, & habenda est ratio loci, ne quis in civilibus invitus de domo extrahatur, l. 18. l. 21. h. l. 103. de Reg. Jur. limitationes vid. apud Bronch. ad d. l. 103. Mynsing. 4. O. 69. Brederod. *caut. jud. civ. t. de cit. real.* 3.

IX. Aliquando etiam respiciendæ sunt personæ vocandæ ob iis inhærentem defectum, qui vel est 1. iudicii, & proinde citari nequeunt (1.) infantes l. 4. l. 22. h. Gilhauf. *art. jud. civ. c. 4. ram. 1. num. 45.* Sed eorum loco si habeant, tutor vocatur, si non, conjuncti ipsius l. 5. §. 1. ex quib. *caus. in poss. l. 24. l. 127. de V. O. Myns. 2. O. 35. cum seqq.* vel datur curator ad litem Gail. 2. O. 107. num. 8. & O. 108. num. 3. Montan. *de jur. tut. & cur. c. 29. n. 16. conf. Fab. in C. L. 2. t. 2. d. 3.* (2.) Furiosi d. l. 4. l. 2. §. 3. si quis eand. l. 83. §. 1. ex q. c. m. quorum loco curator l. 3. §. 2. de tut. add. Bach. h. l. Vel 2. facultatis standi in iudicio v. r. C. qui leg. pers. st. Coll. Arg. h. t. h. 12. & 13.

X. Hodie tamen specialis hæc veniæ impetratio ab usu recessit Bened. Carpzov. *process. jurid. p. 1. cap. 2. d. 26.* & iudex quando permittit citationem, eo ipso videtur tacite dedisse veniam vocandi, modo non dissimuletur respectus parentum &c. Magn. Dn. Fuchf. Joh. Fab. & DD. ad §. 12. *Inst. de act.* & ita pronuntiatum esse refert H. Pistor. *cap. 16. num. 19.* Nihilominus vero etiam secundum mores modestæ, æque ac reverenter contra hos citatio impetranda, Chil. König. *process. p. 243. cum seqq.* & recte itaque in supplica pro citatione Actor contestatur, se eo ægre adduci ut his litem moveat. Jung. *tb. 5. in fin.*

XI. Porro is debet citari, de cuius præjudicio & interesse agitur. s. qui ex actu lædi potest l. 47. pr. de re jud. l. 11. §. 3. de *Inst. act.* l. 26. §. 7. de *fideicom. lib. l. 39. de adoption. c. 2. de test. c. f. X. de maj. & obed. Ser. de Seraph. de priv. juram.*

pr. 31. num. 93. ampliaciones cum limitationibus vid. apud  
Mynf. 6. O. 6. Rob. Marant. *Spec. Advoc. t. de cit. num. 6. cum  
seqq.* hic enim non indiget contradictione, cui non fit præ-  
judicium, s. qui scire potest nihil sibi factum nociturum  
esse l. 8. §. 15. *quib. mod. pign.* Dav. Mevius 4. dec. 281. Et  
si plures fuerint litis consortes, omnibus in specie,  
citatio debet insinuari, nec sufficit uni vel alteri. *Recess.  
Imp. Aug. de an. 1566. §. f. Ant. Fab. l. 2. C. t. 2. d. 8. Mev. 8.  
dec. 407. except. habet Mynsing. 5. O. 50. Num illi vo-  
candi, de quorum interesse non principaliter, sed per con-  
sequentiam agitur? vid. DD. ad l. 1. §. 14. de vent. Insp.  
Schurff. 1. consil. 9. num. 3. Em. Soares. in thes. com. op. lit. c.  
num. 55. Freundeb. de reser. mor. concl. 16. seu quibus invitis  
actus expediri potest? Gail. 2. obs. 142. num. 2. & de P. P. c.  
5. num. 12. DD. ad l. 26. de R. 7. Et qui dixit se nolle venire?  
Nic. Boër. dec. 9. 206. num. 6. J. C. Ruginel. comm. ad Cas. con-  
stit. t. de app. p. 324. n. 28.*

XII. Hæc autem citatio in tantum necessaria est, ut  
in nullo casu cognitionem requirente, de jure omitti pos-  
sit l. 39. de adopt. l. 19. b. & ibid. Coll. arg. tb. 27. l. 7. C. q. & q.  
Sichard. ad l. 4. C. de sent. & int. num. 7. & ne quidem à sum-  
mo Principe clem. 2. de sent. & re jud. c. 1. X. de caus. poss. Me-  
noch. de rec. poss. rem. 8. num. 55. Confer Lundorp. act. publ.  
p. 4. c. 2. cum seqq. quia se subiectum iis, quæ juris naturalis  
sunt & gentium, non dedignatur & ideo nec citationem,  
quia præ se fert jus defendendi, Seb. Vant. tract. de nullit. t.  
de null. ex def. cit. num. 6. C. Tusch. pr. 1. concl. 23. n. 6. lit. C.  
& DD. passim. Modum tamen citandi pro lubitu mu-  
tare potest Rosbach. process. civil. t. 22. n. 43. si tantum ma-  
neat dictum hocce juris naturæ debitum est defensio. Quæ  
igitur si reo non competit, nec competit citatio Marant. n.  
10. conf. Anton. Gabriel. comm. concl. 1. num. 332. Rugin. p.  
324. num. 27. quia cessante causa cessat effectus. Num ve-  
ro juris divini sit citatio vid. DD. apud Hier. de Cavall. in  
pr. qu. cont. comm. quest. 175. num. 1. per arg. Gen. 3. ibi: *Adam  
ubi es.*

XIII. Ca-

XIII. Cavendum igitur ne iudex procedat absque  
omni citatione, quia non ut talis, sed ut privatus proce-  
dere dicitur Menoch. *num. 3.* Cravett. *conf. 302. num. 4.* ac  
non modo injuriam, sed & vim facere dicitur Mindan. *de*  
*mandat. cap. 13. num. 8.* ideoque omnes etiam omnino sen-  
tentia hac omissa nullae erunt Mich. Grass. *l. 2. comm. op. c.*  
*9. q. 1.* Brecht. *process. jur. t. de cit.* Soares. *d. l. lit. C. num. 52.*  
*& 53.* Carpz. *l. 3. t. 2. resp. 23. num. 2.* Est enim initium a-  
ctionum instituendarum. §. 3. *Inst. de p. t. l.* Schnobel. *ad ff.*  
*Exerc. 2. tb. 13.* Fachin. *2. contr. 81.* Sunt tamen nihilomi-  
nus casus in quibus citatio non requiritur, quos vid. apud  
Hunn. *t. 8. cap. 1.* Gilh. *num. 49. ubi 12.* Menoch. *de a. j. l. 1.*  
*q. 17.* Myns. *2. O. 91. ubi 23.* Portium *l. 1. comm. opin. c. 43.* qui  
116. ampliaciones & 124. limitationes refert ad d. regulam;  
quod omnis actus iudiciarius requirat citationem.

XIV. Insuper quoque hic notandum venit, quando  
quis citari debet, ut citatio non fiat simpliciter, nim. ut  
compareat ad contradicendum: ad hanc enim comparens,  
non potest postea repelli, dum hoc ipso videtur approba-  
tus habilis; sed rectius conditionaliter vocatur; si sua in-  
teresse, vel aliquod jus contradicendi vel opponendi vel  
faciendi, quod tamen Actor non credat, habere putaverit  
juxta mentem Brederod. *in caut. jud. civ. t. 1.* quia talis ci-  
tatio est monitoria non arctatoria Marta Neapolit. *de suc-*  
*cess. legat. p. 4. q. 16. a. 3. n. 143. add. tb. LXXXV.*

XV. Constat autem praesertim hodie legitima citatio  
duabus partibus; Conceptione & executione; In Con-  
ceptione, ut sit justa, DD. requirunt sex Rugin. *p. 304. n. 4.*  
Gilh. *n. 10.* quibus Marant. *num. 63. addit. 7. nempe si fiat vo-*  
*catio in scriptis, verbum peremptoriè.* Circa tria autem  
priora, tradente Scacc. *tr. de judic. l. 1. cap. 32. num. 6.* una-  
nimiter inter se conveniunt tam secundum jus quam con-  
suetudinè: Idcirco etiam de singulis singulatim videbim<sup>9</sup>.

XVI. Primum autem est requisitum nomen & co-  
gnomen iudicis citationem decernentis *arg. l. 80. de judic.*  
Schrad. *de fend. p. 9. c. 7. num. 34.* Gail. *& ibid.* Grav. *l. 1. o. 48.*

n. 6. cum seqq. ut (1.) cognoscatur, num sit competens ille nec ne, quia incompetenti impunè non paretur. Richter. in *auth. habita C. ne fil. pro patr. D. 6. p. 140. v. th. IV.* & ejus citatio est absq; omni effectu Alph. de Azeved. in *Reg. Hisp. const. l. 8. l. 7. n. 50. cum seqq.* (2.) Num sit ordinarius an delegatus Gail. n. 17. hic enim tenetur & locum judicii v. th. XXI. & commissio- nis tenorem citationi inferere v. th. III. (3.) Num eius autho- ritate & mandato facta, quia hoc communiter requiritur *c. de illicita 6. c. 24. q. 3. clem. 2. de sent. & re jud. Vult. n. 4. 22. 23. & 178. jung. thes. seq. & 26.* (4.) Quo appareat num erratum in nomine, propterea quia vitiat citationem *l. 8. de jud. Umm. D. 5. th. 10. n. 49. late Vant. n. 48.*

XVII. Secundo nomen & cognomen (quænam hæc sint vid. Bachov. *ad l. t. de leg. §. 21.*) requiritur Actoris Gail. *1. observ. 50. Cam. Borell. in summ. dec. t. 44. n. 63. A fin. in pnx. cap. 1. num. 3. §. 8.* quia, his ut exprimantur ideò, opus *l. 6. de reb. cred. l. 1. de lib. & posth.* quo (1.) evitetur æquivocatio nominis quoniam inducit obscuritatem, ob- scura autem & dubia citatio caret omni vi *cap. f. x. de rescr. arg. l. 62. §. 1. de ber. Inst. l. 5. §. 1. quod vi aut. clam. l. 10. pr. de reb. dub. jung. th. seq.* non aliam enim ob causam, quam significandorum hominum gratia, nomina reperta sunt *§. 29. Inst. de legat.* (2.) Quo reus cognoscat, quis ipsum ci- tari curavit, ad hoc, ut deliberare valeat de responsione. Præprimis (3.) ut appareat, num decreta citatio ad partis petitionem, quia hoc requiritur *c. 1. X. de jud. c. 18. & 19. X. de for. comp. l. 4. §. 8. de damn. inf. l. 68. & 70. de jud. etiamsi statuto aliud cautum sit, si Mind. fides. in process. c. 1. num. 7. conf. Gail. 2. o. 13. n. 14.* Si secus, est absque effectu & non valet *d. l. 68. l. 4. C. de acc. l. 10. pr. C. de bon. auth. jud. Carpzov. 1. c. 2. d. 21. num. 4.* licet processus fuerit crimi- nalis accusatorius Gail. *num. 4.* vid. Gilh. *num. 17. ubi 2. ampl. & 6. restrict.* nisi judex procedat ex officio, tunc enim potest fieri absque imploratione partis, quia eam repræ- sentat fama vel factum, Gothofr. *ad l. 4. §. 8. de damn. inf. Pistor. c. 17. num. 10. Maran. num. 115.* (in quibus autem pro-

procedat ex officio vid. Mindan. *num. 8.*) seu, quando judicium semel cœptum, tunc enim posse absque cujusque sollicitatione citare, tradit Tab. *ad Col. Arg. b. t. tb. 24.*

XIIX. III. Nomen requiritur & cognomen citandi DD. *ad l. 17. de cond. & dem. Fulgos. consil. 183. N. Calvol. comm. concl. 3. n. 35.* quia (1.) contra non-nominatum procedi nequit Scacc. *c. 32. num. 11.* dum vocandi absque expressione nominis vel singulariter impositi Mind. *n. 13.* vel si hoc ignoratur, descriptivi per circumstantias & demonstrationes *arg. l. 9. §. 8. l. 58. de her. Inst. l. 2. C. de sent. quæ sin. cert. Vult. num. 34.* utputa per barbam, vestem, staturam corporis &c. vid. Scacc. *c. 97. num. 172. & 173.* citari nequeunt Myns. *5. O. 50. num. 2.* Nec interest unus sint an plures, quos causa concernit Mev. *r. dec. 256. jung. tb. XI.* cujus enim nomen non exprimitur, is non tenetur venire licet facta insinuatio & executio, juxta Mind. *n. 15.* (2.) Ne actor possit variare *c. 2. de rescr. in 6. c. 14. X. eod. add. Maran. num. 6.*

XIX. IV. Est regulariter (vid. except. ap. Scacc. *n. 14. cap. 32. Vult. num. 78.*) causa *l. 2. cum DD. & Goth. lit. l. si quis in jus. c. 2. & f. X. de dilat. l. 6. X. de dol. & cont. cap. 14. X. de acc. & DD. pro & contra vid. ap. Vultej. num. 75.* quia hæc sententia est communis Gail. *r. O. 51. pr. tutior Masver. p. 7. num. 6.* & obtinet tam de consuetudine Clar. *l. 5. recept. quest. 9. 31.* quam praxi Scacc. *d. l.* etiam in Camera *O C. p. 3. t. 12.* idem in tribunalibus bene constitutis v. g. in Brandenburgico per *H. D. t. 8. Monasteriensi H. D. t. 2. p. 2. &c.* maxime si judex fuerit delegatus Piff. *c. 17. num. 8.* quum ordinarius semper præsumatur citare ex causa *l. 13. §. 1. de injur. l. 2. C. de off. civ. jud.* Ideoque licet non adjecta, nihilominus comparere tenetur Vultejus *num. 25.* Bald. *ad l. 8. C. 9. & q. j.* quia non ideo inferitur, quod sit de substantia citationis vid. Bronch. *ad l. 21. de R. 7.* sed ut sciat citatus, quam ob causam vocetur, quo intelligat, an velit cedere, an verò contendere *c. f. X. de lib. obt. l. 42. §. 2. de proc. l. r. pr. de eden. Vant. num. 30.* & si hoc, ut instructus veniat ad

judicium responsione Gilh. num. 19. & 20. ultra causam enim, quam exprimit, citatio non arctat aut ut contumacem excludit Spahle. teutsch. Advok. l. 3. cap. 23. num. 25. Alii inter quos Abb. ad c. 3. X. de dilat. Maran. num. 69. tunc de causa commemorare volunt, si citatio extra civitatem, infinuanda, secus si in civitate. Num autem debeat exprimi generalis an specialis causa, potest videri R. N. de an. 1654. §. Diesem. Gail. O. 51. num. 1. Hunn. p. 142. & si quis citatus ad certam causam, num etiam ad aliam respondere teneatur vid. DD. ad l. 2. §. 3. de jud. Vultej. num. 78. late Gilh. num. 19.

XX. V. Est locus judicii seu tribunalis ad quem citatus vocatur l. 59. de jud. l. 5. C. q. & q. clem. 2. de sent. & re judic. cap. 19. X. de app. Hiltrop. process. p. 1. t. 1. n. 26. & 32. præcipue si descendat citatio à judice delegato, qui certum tribunal ubi judicium instituere queat (vid. Scacc. cap. 31. num. 25.) non habet Brunn. num. 26. Maran. num. 64. Umm. D. 5. tb. 10. num. 53. adeò, ut si ab eo omittatur, quia citatio fit dubia & obscura, non valet, nec citatum ad comparandum arctat Alex. conf. 71. Calvol. 3. concl. num. 29. vid. thes. XIX. Secus in ordinario, ubi tantopere non videtur expressio loci necessaria, dum semper idem ac certus est Sichard. ad l. 5. C. q. & q. Gail. obs. 52. num. 12. & proinde ea omissa, ad ordinariam tribunal præsumitur facta vocatio l. 59. de jud. l. 11. de 7. & 7. idcirco quoque non vitiat eam Scacc. num. 24. In loco autem requiritur ut (1) Jurisdictioni sit subjectus, vid. tb. III. cum seq. (2.) ut sit commodus vid. Vultej. num. 101. & 102. (3.) tutus clem. 2. de sent. & re jud. Decian. 1. resp. 18. n. 103. cum seqq. & (4.) honestus vid. Rosb. proc. civ. t. 1. c. 3. num. 194. Num vero valeat citatio ad apothecam vid. Rugin. p. 305. num. 25. vel hospitium vid. Osasc. dec. pedem. 71. num. 10.

XXI. VI. Est dies, tempus seu terminus comparisonis: De cujus autem expressione DD. sibi invicem more solito, ut inquit Scacc. num. 17. contrariari student, dum alii negativam per c. 19. X. de app. c. 22. de sent. excom. in 6. alii affir-

lii affir-

līi affirmativam probare conantur sententiam per *c. fin. X. de  
rescr. arg. l. 5. §. 1. quod vi aut cl. l. 69. de jud. l. 8. C. 9. & 9.  
DD. & Goth. ad l. 2. si quis in Jus. quam etiam communiter  
observari testantur Jas. ad l. 118. §. 1. de V. O. Foll. addition.  
ad Mar. num. 65. & idem in Camera obtinere docet Ord. Cam.  
part. 3. t. 2. Et propterea hæc nobis præ illa arridet, tanquam  
tutior Vant. num. 71. ac in præxi recepta Hieron. de Cavall.  
quest. 309. Conf. Lanfr. ab Arcadno *tr. de cit. num. 14. Brun-*  
*nem. num. 26. & Gail. 1. O. 53.* Reconciliationes autem  
harum sententiarum vid. ap. Paul. de Castr. *ad l. 69. de jud.*  
*num. 2. Mar. n. 16.**

XXII. Si tamen citationi non fuerit dies adjectus,  
tunc videndum, num habeant ordinarios juridicos vel nō;  
Si non habeant ex consuetudine iudicii, vocatus tenetur  
comparere eo die, qui proxime post citationem emissam fa-  
ctus est, pro modo dispositionis *jur. comm. l. 10. de lib. & postb.*  
Si vero habent, terminus dispositioni statutorum relinqui-  
tur, *Scacc. n. 17. quæ præprimis hic attendenda l. 2. C. quemadm.*  
*rest. ap. extraneos tamen, qui non sunt subiecti his statu-*  
*tis, quæ modum vocandi contra jura communia præ-*  
*scribunt, non obligant Rot. divers. dec. 982. p. 3. l. 3.* Sin  
autem neque de communi neque statutorio jure dies cer-  
tus est præfixus, tunc reus intelligitur vocatus ad tempus  
quam primum potest, *Ariad. num. 14. quia tenemur favere*  
*validitati actus in quantum potest fieri l. 27. dem. c. d. l. 12. de*  
*reb. dub. Leibn. p. 2. §. 66.*

XXIII. Terminus vero requiritur ut sit idoneus *l. 8. l.*  
*9. C. 9. & 9.* qualis censetur, si habeat (1) spatium legale, quo  
citatus commode comparere queat *Gail. num. 3. quantum*  
*autem hoc sit de jure communi vid. l. 69. & seqq. de jud.*  
*auth. offent. C. de L. C. N. 112. c. 3. Sichard. ad d. l. 8. num. 16.*  
*17. & 19.* Moribus tamen in plurimis locis relinquitur  
iudicis arbitrio, ut ob qualitatem personæ, negotii pondus  
& distantiam loci diversam, terminum definiat, *Masv. p. 11.*  
*num. 31. Gilh. num. 27. Schvvanm. proc. Cam. l. 1. c. 40. Gail.*  
*num. 30. Rosb. t. 22. num. 13. Zang. de exc. p. 2. cap. 2. num. 6.*

Idem

Idem quoque observatur in Camera *O. C. p. 3. c. 2. t. 12.* Num autem dies termini computetur in termino vid. *Magn. Dn. Præs. Exerc. 5. thes. 31.* Et de Camera jung. *Carpzov. p. 1. c. 2. d. 23.* (2.) Tempus legitimum, quo in iudicio experiundi fas est, & dicitur iudicium *Vultejus num. 106.* De termino præjudiciali vid. *Gilh. num 24. cum seqq.* Et de circumductione termini *Mind. de mand. c. 20.*

XXIV. In die autem continentur horæ ; quarum est vel citationi quædam adjecta , & eâ vocatus comparere tenetur ; vel non est, & tunc si fuerit moris, ut habeant horas consvetas audientia, quibus iudicium exercetur, intelligitur Reus ad illud tempus citatus *Gail. O. 53. num. 4. Gilh. num. 23.* Sin verò certæ ac determinatæ non sint, potest comparere quacunque diei hora, in qua iudex ante noctis tenebras actum perficere valet, ad quem citatus est *Masv. p. 7. Mar. num. 64. & 66.* Hinc enim si fuerit vocatus ad diem 28. Jun. zu rechter und früher Tages-Zeit potest post meridiem se sistere, nec ideo dici contumax *arg. l. 8. si quis cãut. vid. Arum. 1. dec. 11.* quia semper magis finis & ratio, quam verba legis respicienda sunt *l. 4. locat. l. 27. de d. m. c. l. 14. C. de testam. jung. l. 2. §. 1. si quis in jus.*

XXV. Ast, quoniam non sufficit citationem esse recte riteque conceptam , nisi etiam iuste ac legitime expediat, ideoque pergendum ad secundam partem nempe executionem *vid. thes. XV.* ad quam autem juxta communia pragmaticorum vota requiruntur tria ; Commissio, Intimatio & relatio. *Menoch. 2. præf. 23. num. 9. Wefenb. in π. b. n. 9.* De quibus ergo paulo latius videbimus.

XXVI. Quod igitur I. nempe Commissionem seu mandatum iudicis attinet, illud requiri ex indubitato jure constat per *dem. 2. de sent & re jud. c. 1. X. de jud. & ibi Canon. communiter. DD. ad l. 3. C. de exh. reis jung. Mynf. 6. o. si enim sine hoc ad solius partis instantiam fit, non valet Kon. p. 240 v. M. Grass. l. 2. com. op. q. 8. nec obligat reum ad sistendum in iudicio l. f. C. de exh. reis. Gilh. n. 30. addit tamen exceptiones *Gail. 1. O. 54. n. 2. & 3. jung. Vult. n. 70. & Andler. 7pr. l. 1. t. 11. p. 6. §. 11. Nota-**



§. 11. Notarius autem qui sine mandato judicis jussit præconi  
citare aliquem, tenetur de falso l. 4. de fals. Ant. Tassar. de  
excess. Not. c. 63. n. 2. & tabellarius qui sciens fecit, æque  
puniendus § 11. 7. de injur. l. 25. de fals. DD. ad d. l. f. C.  
propterea igitur necessum ut hæc commissio expresse  
appareat, quia non præsumitur Aug. ab Angel. de malef.  
n. 10. secus tamen ob communem observantiam esse, do-  
cet Vant. n. 42. recte vero nihilominus protocollo inferen-  
dam esse Masv. p. 10. n. 22. nisi processus annullari debeat  
Vant. n. 40.

XXVII. Quoad tempus; committitur vel die juri-  
dico, vel aliquando feriato, hoc, quando non opus cau-  
sæ cognitione arg. Lucæ c. 14. v. Pist. c. 17. n. 11. & pericu-  
lum est in mora. c. 1. & f. X. de fer. alias cum omni vene-  
ratione dies sacris destinati, observandi, filescat propter  
ea in iis vox horrida præconis. Qualis autem requiratur  
commissio, generalis, an specialis v. Scacc. n. 8. ubi illam  
communi DD. calculo approbat. Plura ap. Hunn. p. 2.  
l. 8. c. 3. Mynf. 1. O. 77. & 6. O. 10.

XXIIX. II. Requiritur Commissionis executio, in-  
timatio seu citatio ipsa Schurff. 1. conf. 38. n. 3. quia non-en-  
tis nullæ sunt qualitates. Exequitur autem eam vel Præ-  
co seu Nuncius juratus Ordinarius, der Gerichts- Frohne/  
Bothe. Carpz. 1. resp. 25. n. 6. qui alias est homo parvæ exi-  
stimationis, signum gerens ante pectus quo cognoscatur  
Felin. ad c. 21. X. de off. del. Num vero ejus munus igno-  
bile vid. Alciat. ad l. 66. de V. S. Vel etiam alius quidam,  
quem judex pro lubitu, ordinario absente eligere potest  
v. Mar. n. 44. cum seqq. cui tamen absq; literis à judice da-  
tis seu alia speciali notitia non creditur l. 167. de R. j. l. 11. de  
A. P. arg. l. 7. §. 1. de min. quia de facili, præprimis si esset ex  
adversarii familia, posset mentiri, ut loquitur Spec. de cit.  
col. 1. aliud tamen obtinet in ordinario, quia in eo officium  
suum juratum versatur v. Mynf. 5. O. 51. & 6. O. 10.

XXIX. Modus porro exequendi vel est præscriptus;  
(1) à judice; & eum observare adstringitur Vant. n. 132. &

C

152.

152. ubi hoc notandum dicit, præsertim in substantialibus, si vero eum excedit, quia merus est executor, nihil agit, jung. Gail. 1. O. 54. n. 8. cum seqq. Aut (2) à statuto seu stylo Curia, de quo nim. idem dicendum Bart. ad l. 1. C. 9. & 9. quoniam hic præprimis attendendus Cyp. ad l. 2. C. quæ sit long. conf. Termin. proc. c. 8. n. 10. Vel si ab his non est præscriptus, observandus est (3) modus communis Schneidev. ad §. f. J. de p. t. litig. add. Marant. n. 124. Quænam vero sit dispositio juris communis v. ap. Scacc. c. 45. n. 1.

XXX. Videndum etiam ut infinuatio fiat tempore justo, die inter solis ortum & occasum, medio; quia judici vespertinis temporibus in publico esse inconueniens est l. 2. §. 31. de O. j. c. 24. X. de off. del. nec sententia (si vera opinio) noctu lata, valet Goth. & DD. ad d. §. 31. & Nov. 32. 3. Canonistæ ad l. d. c. 24. Secus tamen, si quid cogente duro necessitatis telo fiat, quia est absque lege. Plura petantur ex Damhaud. prax. crim. c. 13. & quid in Camera ex O. C. p. 1. t. 38. num. vero impedita citatio arctet reum v. Gail. 1. O. 55. & an valeat si eam iudex die feriato exequatur v. Wurmf. O. 4. l. 6. Mynf. 1. O. 77.

XXXI. Requiritur III. Relatio Nuncii de facta citatione Umm. proc. D. 5. t. 11. Gilh. n. 30. & 32. quæ ommissa, nec citatio, nec processus, nec sententia valent Schurff. 1. conf. 33. n. 3. & 5. Gratian. disc. for. 4. c. 715. n. 4. Conf. exceptiones ap. Scacc. c. 48. n. 3. & 4. est enim de substantia actus Gram. conf. 1. n. 10. Vult. n. 140. Mynf. 6. O. 10. Ea tamen quæ refert, quia est juratus, tanquam probabilia & vera suscipiuntur, si modo de iis, quæ spectant ad ejus officium referat Gail. O. 54. n. 4. Jas. b. n. 13. potissimum tamen in causis civilibus Gail. O. 134. n. 18. & modicis Gothof. ad l. 5. §. 3. de reb. eor. qui sub tut. Quoad alia vero ad ejus munus non pertinentia, non æque habetur ei fides v. Mascard. de prob. concl. 119. n. 5. Fab. in C. L. 4 t. 19. d. 38.

XXXII. Præterea necessaria sunt relationis, ut fiat (1) clarè, non captiosè Mar. n. 127. (2) ante declarationem contumaciæ Scacc. n. 1. quia iudici semper constare debet

debet & liquere id, quod est causa suæ jurisdictionis exercendæ, alias non valet Vant. n. 146. (3) Ut referat ipse nuncius, si possit, non alius ejus nomine Mynf. 1. O. 78. & 6. O. 10. n. 8. (4) ut fiat ad prothocollum v. Gail. O. 74. n. 21. Natura enim relationis, & natura veritatis patent ex conjunctione Scripturarum Vant. n. 138. & ex deductis in judicium tantum creditur judici & notario, quantum probant ipsa acta c. 11. X. de prob. Brederod. caut. civ. t. 32. de null. proc. p. 141.

XXXIII. Distinguitur autem relatio in generalem; quando præco refert, se citasse & omnia fecisse, prout ei hæc commissa fuere; & fit hisce formalibus: citavi, monui, requisivi & omnia feci juxta retrospectarum literarum formam & tenorem. Rot. dec. 5. n. 14. & 16. de rescr. Num vero hæc sufficiat v. Vant. n. 96. 97. & 137. Et specialem, quæ fit, quando absque relatione ad aliud, specialiter exprimitur modus, quomodo. Scacc. n. 6. c. 48. Conf. Hunn p. 2. t. 8. c. 4.

XXXIV. Legitime tandem facta citatione, varios quoque parit in jure effectus, quorum alii tam judici quam litigantibus communes, alii singulis proprii: Communes sunt (1) Litispendentia clem. 1. ut lit. pend. Termin. c. 13. n. 3. jung. Blum. proc. Cam. t. 25. cum seqq. Hunn. c. 9. t. 8. si modo, ut dictum, rite recteq; juxta requisita emanavit. Carpz. 2. resp. 16. & tam actor quam reus comparuere l. 73. §. 1. & 2 de judic. Nov. 12. ubi Goth. Zang. de exc. p. 2. c. 1. n. 18. Litispendentia autem operatur, ut nihil postea possit innovari nec attentari clem. 2. ut lit. pend. tt. ff. nil innov. add. Coll. Arg. ibid. sed si quæ innovata revocanda c. 7. de app. in 6. Lancelot. tr. de attentat. ne alias jus judicem & partem simul offendi contingat Fab. C. L. 1. t. 10. d. 2. Secus si causa matrimonialis; vel subsit timor dilapidationis bonorum juxta Kon. p. 64. De Litispendentiæ inducendæ requisitis vid. Carpz. in proc. a. 3. t. 9. n. 51. Et quot ac quibus modis fiat v. Tusch. 5. concl. 380. Borel. tr. de comprem. §. 2. gl. 1. n. 50.

XXXV. (2) Inducit præventionem *l. 17. l. 19. §. 4. l. 30. de jud. l. 4. C. b. N. 53. c. 3. c. p. X. de for. com.* dum is qui multis iudicibus subiectus coram eo comparere tenetur, qui prius citavit *l. 10. de iurisd. Wurm. L. 1. t. 6. O. 13. Gail. 1. O. 74.* hæc litis igitur pendentia, licet de jure differat à præventionem, tamen moribus ferè cum hac confusa est M. Dn. Præf. *Ex. 46. tb. 5. Hillig. in Donell. enucleat. L. 17. c. 18. lit. C.* De præventionem in criminalibus, & quomodo realis præferatur verbali v. Coll. Arg. *adt. de accus. tb. 8. n. 3.* quis tandem prævenire dicatur Gothof. *ad l. 9. de V. O.*

XXXVI. Effectus quæ singulis proprii, profunt tum (1) iudici, & quidem delegato, ad perpetuandam ejus jurisdictionem *c. 19. c. 20. X. de off. del. clem. 2. ut lit. pend. c. f. X. de off. leg. DD. ad l. 6. de iurisd. Berl. 1. concl. 10. n. 24.* ordinarii enim præsumitur per se perpetua Vult. *n. 188. Conf. Fichard. ad op. com. Villalup. lit. c. n. 52.* ecquid dicendum de jure Civ. peratur ex *d. l. 6. Duar. & Jaf. ibid. l. 19. eod. Mind. proc. c. 5. n. 7.* (2) Actori, dum per eam res 1. fit litigiosa *auth. litigiosa C. de litig. Nov. 112. c. 1. clem. 1. ut lit. non cont. Covarr. præf. 9. c. 15. n. 6.* quod limitat Brunn. *n. 40. Vult. n. 158. Carpz. 4. resp. 10. 2. interrumpit præscriptionem longissimi temporis l. 3. pr. l. 7. pr. C. de præsc. 30. vel 40. ann. M. Dn. Præf. Ex. 43. tb. 28. v. Berl. 2. concl. 9. n. 23. & seqq. 3. perpetuat actionem alias tempore perituram l. f. C. de præsc. 30. v. Christin. 1. dec. 72.*

XXXVII. Reo profunt, cum (1) fit præparandæ litis gratia *§. f. 7. de p. t. l. l. 1. de edend. auth. offer. C. de lit. cont. c. 18. X. de for. comp. Carpz. 1. c. 2. d. 21. jung. Clock. vol. Cam. vel. 121. n. 14.* (2) Ut compareat ad defendendum se, si Jus quoddam habeat *l. 2. si quis in Jus l. 5. de jud. l. 47. de re jud. l. 39. de app. N. 53. c. 3. Mev. 4. dec. 294.* idque vel per se vel per constitutum procuratorem, nisi aliud specialiter mandatum. v. DD. *adt. ff. in Jus voc. ut cant.* si vero plane non comparet, fit contumax & punitur, *l. 2. §. 1. si quis in Jus l. 53. de re jud. l. 67. de R. V. l. f. §. 1. de app. excusatur tamen si obstet rusticitas d. l. 2. §. 1. vel alia prægnans causa l. 22. §. 1. b. d. l. 2.*

*l. 2. l. 53. §. 2. de re jud. jung. Mynf. 6. O. 7. Tholoff. L. 48. c. 3.*  
fin autem citatio fuerit invalida, & citatus ad eam compa-  
ret, convalidatur *l. 1. §. 1. l. 7. de fer. l. 47. de re jud. Tab. ad Coll.*  
*Arg. b. tb. 28. Hillig. L. 23. c. 2. lit. B. Gail. 1. O. 58. nisi prote-*  
*stando accedat Mynf. 6. O. 18. & 54. Kon. c. 41. Maran. n. 73.*  
alias autem illegitima est absque omni effectu, nec consti-  
tuit aliquem in mora *Mev. 5. dec. 60. Complura de effectu*  
*vid. ap. Gilh. n. 51. Umm. D. 5. tb. 13.*

XXXIIX. Porro, antequam fiat discessus ad ulterio-  
ra videndum de divisione Citationis. Distingvitur autem  
(1) ab effectu in dilatoriam & peremptoriã, tum expressam  
tum tacitam (2) à causis 1. externis, & quidem efficiente,  
in immediatam & mediatã, alias per subsidium dicta; Finali,  
in eam quæ fit vel ad executionem judicii vel ad alios actus.  
2. Internis, & tum à materia objectiva in generalem & spe-  
cialem; tum à forma, in realem & verbalem, hæc aut fit di-  
cto aut scripto; Quæ fit scripto est tum vulgaris, tum  
EDICTALIS SEU PUBLICA; de qua, utut quæ in foro maxi-  
me utilis est & frequens *Gail. 1. O. 57. pr. auxiliante Deo*  
*jam pluribus.*

## PARS SPECIALIS

### DE CITATIONE PUBLICA.

XXXIX.

QVæ definitur, quod fit citatio, quæ fit in loco  
publico ad negotium aliquod peragendum. Di-  
citur autem *in loco publico* ad differentiam aliarum cita-  
tionum. Hinc enim & hæc dicitur publica, quia ejus qua-  
litas urget publicam executionem.

XL. Distingvitur à modo exequendi, in eam quæ  
fit per edictum, seu Edictalem, proclama, & per campa-  
nam, tubam seu tympanam: quos modus & Romanorum  
tempore obtinuisse, patet ex *Rosin. antiq. Rom. L. 19. Carol.*  
*Sigon. de judic. L. 1. c. 18. Stryck. de jur. sens. Ex. 3. c. 5. n. 7.*  
*cum seqq.*

C 3

DE

DE  
CITATIONE EDICTALI  
SEU PER EDICTUM.

XLI.

DE Origine vocis Citationis supra th. ii. satis dictum. videndum igitur hic de Etymologia vocis Edicti; Et derivatur ab edicendo, hoc est, decernendo, quod proprie Magistratum verbum est solenne, hinc etiam comitia, legem edicere Cic. 2. de LL. passim etiam in jure nostro voces occurrunt, ut edicta Prætorum, edictis citare *auth. qui semel C. q. § q.* edictis propositis in judicium vocare, *Nov. 112. c. 3.* edictalis possessio *l. 30. §. 1. de acq. her.* Differt tamen à voce hac Edictali, illa ap. Romanos quoque usitata, dum Edictales dicebantur, qui annum unum in LL. studio versati, alterum quoque adjungebant; ducta appellatione ab edicto perpetuo, cui cognoscendo tum operam dabant *const. omnem. de rat. § meth. jur. doc.*

XLII. Sumitur vox Edicti vel generaliter pro Magistratum jussu publice per Scripturam proposito; vel specialiter, pro Scriptura à principe proprio motu non determinate ad certam causam seu personam emissa, habens vim obligandi subditos ad obedientiam *DD. ad §. 6. 7. de j. N. G. & C.* quales regulariter etiam LL. esse solent. *Bach. ad §. 9. n. 3. ibid.* Quæ significatio tamen non est hujus loci sed potius illa, & tunc Germ. dicitur ein Edict / Patent / Placat / seu ut Galli placard à placarder, significans eine Schrift öffentlich anschlagen. Hæc vero ein Herrn-Geboht.

XLIII. Quoad Synonymiam, dicitur etiam citatio per programma, *l. 6. C. de remiss. pign.* citatio per libellum publice propositum *l. 4. §. 6. de damn. inf.* citatorium publicum, Electoralis citatio *Carpz. proc. t. 7. a. 4. n. 11. § 21.* It. per edictum seu Edictalis. Germ. eine Ladung / so durch einen öffentlichen Anschlag geschieht / *Termin. c. 7.* vel Patent

ten

tenweise / Spah. L. 4. c. 5. n. 2. Gall. un adjournement  
par affiches Gothofr. ad Nov. 112. c. 3.

XLIV. Definitur, quod sit citatio extraordinaria,  
per Scripturam publice affixam proposita. Aliam v. ap.  
Rosb. proc. civ. t. 27. n. 1. Termin. c. 12. n. 1. Notandum,  
igitur differentia inter hanc & eam quæ fit ad domum;  
Hæc enim instituitur in loco privato, n.p. ad domum ci-  
tandi, unde & eam privatam nominat Jas. ad l. 18. b. & ad  
l. 47. de re jud. secus est in illa. v. th. LXXXIX. Hanc  
etiam quilibet iudex, potestatem citandi personaliter ha-  
bens, decernere potest, non item illam per th. XLVII.  
Differunt quoq; ratione causæ, quoniam illa in pluribus  
præter hanc, decerni potest. Conveniunt vero in eo,  
quod utraque fieri possit, si copia citandi haberi nequeat,  
etiamsi diligenter quæsitus fuerit reus c. 3. X. de dol. & cont.  
l. 4. §. 5. de damn. inf. l. 1. §. 1. de lib. agn. Myns. 2. O. 69. tum  
etiam quoad ipsam afflictionem, licet in diversis locis vid.  
Tiraquel. de utroq; verr. §. 9. §. 2. n. 1. cum seqq. fiat.

XLV. Differt quoque Edictalis ab ea, quæ fit scri-  
pto seu per literas ( licet ambæ quoad Scripturam conve-  
niant ) (1.) respectu iudicis decernentis, quia hæc com-  
mittitur à quocunq; iudice (2) causæ, quia illa decernitur,  
quando aliter citatio fieri nequit. (3) modi exequendi,  
dum illa ideo scribitur, ut possit publice affigi, & in no-  
titiam hominum latitantium vel incertorum eo melius  
devenire, hæc vero vel ob dignitatem personæ citandæ,  
nim. si fuerit Nobilis l. 17. de dign. Tiraquel. de Nobil. c. 2.  
n. 187. vel etiam aliam aliquando ob causam scripturæ tradi-  
tur. jung. Maran. n. 75. & seqq. In quibus à reali, verbali & aliis  
differat, satis ex sequentibus patefcet.

XLVI. Cum Iudex dicitur Dux & Imperator judi-  
cii Berl. 1. concl. 7. n. 1. ideoq; merito ab ejus requisitis inda-  
gandis, more superius usurpato auspicabimur. De quo  
etiam statim in diversa abeunt DD. vota, cui n.p. hæc de-  
cernendi facultas competat, dum Jos. Ludov. in comm.  
concl. 5. concl. n. 5. Umm. D. 5. tb. 5. n. 21. Coras. ad l. 2. de  
jurisd.

*jurisd. n. 3. & 4.* indifferenter loquuntur, quod nim. omnes  
judices subsistente causa & in casibus à jure permissis, pos-  
sint eam committere. In contrarium autem se flectit  
Bern. Grav. *ad Gail. Concl. 57.* dicens, quod Princeps so-  
lum edictaliter vocare queat, & nequaquam inferioribus  
Magistratibus hæc potestas competat, referente Carpz.  
*proc. t. 7. a. 4. n. 7.* qui tamen *n. 9.* contrarium ob com-  
munem observantiam statuit.

XLVII. At, rectius distinguitur inter judicem ordina-  
rium, qui jurisdictionem propriam proprio jure competen-  
tem, vel ex investitura vel ex officio constitutam, & ita ra-  
dicatam habet; & extraordinarium, qui ab alio judice ordi-  
nario dependet, ac jurisdictionem limitatam, ac ab alio præ-  
scriptam ad tempus solum administrat, ex commissione;  
diciturq; Commissarius vel delegatus. Illi np. ordinario  
regulariter hic citandi modus competit. *N. 112. c. 3. Kon.*  
*c. 11. Gail. O 57. Vult. n. 135.* Quoad delegatum autem,  
rursus distinguitur inter eum, qui constitutus à summo  
Principe seu Imperatore, & subalterno. De eo idem in  
his, quod de ordinario dicendum *auth. qui sem. C. 9. & 9.*  
*Sichard. ad l. 8. eod. n. 14. DD. communiter ad l. 15. C. de jud.*  
*S. hurff. 1. conf. 82. n. 2. Pist. 1. c. 11. n. 21. & c. 16. n. 9.* & re-  
cte quoque extenditur ad eorum delegatos, qui tantum  
in suis territoriis dicuntur posse, quantum Imperator in  
suo Imperio per *d. N. 112. ibi. aliis omnibus judicibus, qui*  
*per Imperialem jussionem.* Menoch. *de a. j. q. 74. L. 1. n. 33.* &  
propterea quod ea quæ necit paritas æquitatis ac identi-  
tas rationis, non sunt quoad juris dispositionem sepa-  
randa *l. 32. ad L. aquil. l. 108. de v. o. l. 4. C. de lib. prat. Rein-*  
*king. de R. S. & E. 2. class. 2. c. 11. n. 25.* Secus autem dicendum  
de aliorum delegatis Marta Neap. *digest. noviss. L. 1. de cit.*  
*c. 40. Vult. n. 135. Sichard. d. l. & ad l. 2. n. 7. eod. Gail. 1.*  
*O. 48. n. 13. & 57. n. 18.* nisi iis fuerit specialiter, concessum,  
vel consuetudo admittat Gilh. *n. 36. Hillig. L. 23. c. 2. lit. b.*  
dum statuto certa potest dari forma citationi Decian. *1.*  
*resp. 18. n. 95.* & antiqua observantia præsumitur veritas,  
atque



atque jurisdictionem *c. 13. x. de for. comp. l. 5. de juris d. l. 6. pr. de usur. l. 2. qua sit long. cons.* Hæc tamen de delegatis dicta affirmat Brunn. *n. 22.* quando persona citanda sit certa, sin vero incerta, quod tunc subordinatorum delegati æque ac alii judices, illas sine speciali mandato vocare queant; quia hoc casu citatio non irregularis, sed ordinaria est.

XLIX. Ratio autem, cur illi præ hoc ipse citandi modus competat, traditur à Doctoribus, quo similis sit banno, & delegati bannire nequeant, sicut nec excommunicare Neap. *c. 40. Gail. Obs. 57. inf. & Obs. 100. n. 13. Scacc. c. 34. n. 5. Hillig. d. l. rectius tamen dicitur, quia sit extraordinaria Magnif. Dn. Præf. Ex. 5. tb. 12. exorbitans à jure communi & rigorosa cl. 1. de jud. Men. de rec. poss. rem. 8. n. 113. Hunn. p. 146. Mev. 8. dec. 415. vid. tb. L. ideoque superioritatem requiri Hill. lib. 6. Vant. n. 25. Tum etiam, quia delegatus ejus, est major quolibet ordinario respectu dignitatis, dum principem repræsentat, licet non habeat firmiorem jurisdictionem *c. 11. x. de off. del. c. 2. x. de off. leg. c. 11. x. de off. ord. l. 5. C. de jud. Denique huc facit, quod ei censeatur plenissima data jurisdictio, & omnia quoque sine quibus commode exerceri nequeat l. fin. de off. ejus cui man. c. 5. x. de off. del. Mynf. 4. O. 93. & 6. O. 99. Conf. Pist. d. l. & Ruland. de Commissar.**

XLIX. Objectum hujus citationis sunt personæ, quæ vel certæ vel incertæ; illæ tum præsentis, tum absentes: Præsentis nunquam per edictum citari queunt, sed personaliter vocandæ *c. 3. x. de dol. & cont. Mynf. 2. Obs. 69. Gail. 1. O. 49. n. 8. Gilh. n. 35. Term. c. 10. n. 4. Kon. c. 11. Vant. n. 123. quia abstinendum ab hac, si ullo alio modo citatio fieri potest cl. 1. de judic. d. c. 3. l. 1. §. 1. de agn. vel al. l. 3. §. 2. quod vi aut clam. l. 14. §. 1. de excus. Coler. de proc. exec. l. 3. c. 7. n. 31. & contra jus procedit, si eâ initium facit Hunn. p. 146. Extra casus enim necessitatis & specialiter in LL. determinatos non indulgenda Mev. 1. dec. 253. Hill. d. l. Brunn. n. 19. Vergin. de Bocat. tr. de remissor. c. 10. pr. Scacc. c. 54. n. 7. ad quos etiam refertur, si valde difficilis est executio cita-*

D

tionis

tionis simplicis *cl. 3. de elect. c. 5. x. de in integr. rest. Mev. 8. dec. 351.* quia magna difficultas impossibilitati comparatur *Arum. de mora. c. 2. n. 20. Petra de pot. Princ. c. 3. q. 3. num. 61. Kellenbenz. de rerum succ. q. 11. n. 12. de qua tamen removen- da iudex sollicitus esse debet Mev. 8. dec. 415.*

L. Etsi extra hos casus decernitur, nulla & inva- lida est *Fab. in C. l. 2. t. 2. d. 8. Decian. 1. resp. 18. n. 84. & resp. 23. n. 11. Menoch. n. 111. ac reus potest de ea appellare, & ju- dex appellationis hoc gravamen restaurabit, processum- que rescindendo annullabit Myns. 2. O. 96. & 3. O. 37. Ros- bach. proc. civ. t. 20. n. 16. Vant. n. 123. Mar. n. 7. Carpz. n. 6. proc. d. l. quia illud quod mitiori modo obtineri valet, non debet rigoroso, & quodammodo ignominioso modo im- petrari, ei etiam, qui communi ac ordinario jure munitus, inique tribuitur extraordinarium auxilium l. 12. l. 16. de min. l. 3. C. de in integr. rest. hæc autem est rigorosa, præjudi- cialis *Ludov. 2. 3. Vant. n. 125. irregularis, subsidiaria & à jure communi plane exorbitans Vult. n. 146. & 152. Mar. n. 83. Gravac. l. 8. c. f. n. 34. vid. tb. XLIX. ideoque ad casus supra non nominatos, non extendenda, sed strictè & in- suis terminis accipienda. cl. 1. de jud. c. 3. x. de dol. & cont. arg. l. 4. §. 5. & 6. de damn. inf. l. 192. §. f. de R. J. l. 3. de his qui rest. Neap. c. 40. Gail. p. 2. O. 57. Bocat. d. l. pr. odiosa enim restringi, & favorabilia convenit ampliari. jung. Hunn. tr. de interpr. jur. c. 18.**

LI. Tuto itaque procedit Magistratus edictaliter aliquem citare volens, ut super ea affigenda requirat con- silium à Collegiis Jctorum & Dicasteriis, ne gravet ex præcipitantia citandum seque actione injuriarum implicet, monente *Carpz. n. 7.* Etsi enim per se infamiam non irrogat, nihilominus tamen alicujus apud bonos ac graves viros suggillat opinionem, propterea quod plerumque contra malæ existimationis homines decerni solet, veluti fugiti- vos, latitantes *Mev. 4. dec. 361.* Non tamen fit latitans in- famis, si contra eum in pecuniariis causis propositum fuit edictum *Coll. Arg. ad t. de infam. tb. 31. n. 17.*

LII.

LII. Sequuntur nunc absentes, qui vel habent domicilium certum, vel non habent. Hi dicuntur Vagabundi, quoniam, firmum, nullibi domicilium contraxerunt, nec forum sortiuntur certum Carpzov. *t. 3. art. 1. n. 65. proc.* Guid. Pap. *dec. 202.* Idcirco etiam juxta communem JC. opinionem ii edictaliter citari possunt. *l. 1. de requir. reis. auth. si vero. C. ad L. Jul. de adult. N. 134. c. 5. Carpz. 3. resp. 15. n. 10. & resp. 23. n. 13. Coler. n. 25. Menoch. conf. 110. n. 110. Brunn. n. 19.* si modo judex ignorat, ubinam commoretur, & ubi personaliter vel ad domum vocari queat Decian. *resp. 18. n. 85. Wurm. O. 8. t. 6.* aliter enim si præsens, personaliter vid. *tb. 49.* si absens, per subsidium vocandus *c. 1. §. 2. de for. compet. in 6. cl. 1. de jud. Nov. 134. Berlich. 1. concl. 11. n. 5.* quia, qui nullum domicilium habet, ibi habere intelligitur, ubi reperitur, & ideo ibi conveniendus *l. 1. C. ubi de crim. ag. Magn. Dn. Præs. Exerc. 9. tb. 37. Carpz. 2. resp. 25. n. 12.* nec gaudet propterea in his beneficio exceptionis judicis incompetentis *l. 1. C. ubi sen. vel clar. Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 100.* vid. complura ap. Foller. *in pract. crim. 1. p. 2. pr. Tiraq. de utr. retr. §. 9. gl. 2. n. 24.* & quomodo talis probetur Mascard. *de prob. 3. concl. 1396.* numque remittendus ad locum judicii Peguer. *dec. crim. 3.*

LIII. Notandum etiam, quod antequam hæc citatio decernatur, opus, ut summaria procedat informatio Scacc. *c. 31. n. 2. cum seqq. & c. 34. n. 11.* quod tamen moribus non observari tradit in *c. 45. n. 25.* Nihilominus autem debet semper fieri diligentia, ut reus possit personaliter citari, antequam ad hanc procedat judex Vant. *n. 84. 122. & 139. Menoch. rem. 8. n. 103. & 111. rec. poss. Vestr. in pract. l. 4. c. 3. pr.* postea vero hocce remedium arripere potest *c. 10. x. de dol. & cont.* sub quanto autem temporis spatio perquisitio rei ad personalem citationem fieri debeat, relinquitur judicis arbitrio Men. *de arb. jud. 2. cas. 40. num. 6. & 7.* His factis, proceditur ad affixionem, quæ fieri debet eo loci, ubi solitus est reus conversari; quo eo melius ad notitiam ejus possit pervenire citatio. Gail. *1. O. 1. n. 33. 34. & O. 57. n. 4. 18.*

Zaf. ad l. 4. §. 5. de damn. inf. Hunn. p. 2. t. 8. c. 5. n. 18. quod tamen quidam restringunt ad casum, quando de re mobili seu pecuniaria controversia foret, si vero de re immobili v. g. prædio, quod tunc citatorium in eo loco affigendum Schen. n. 28. Vant. n. 122. Lan. ab Ariad. n. 6. Scacc. c. 34. n. 4. & c. 45. n. 3. add. Gothofr. ad d. l. 4. Alii, quod si reus sit Laicus, debeat alligari loco seculari publico, si autem Clericus, foribus Ecclesiæ seu Monasterii vid. Maran. n. 83. quæ differentia tamen hodie vix usu observatur.

LIV. Jam ad absentes qui habent domicilium fixum & certum; Et hos vel scit judex ubi commorantur, vel nescit: Si scit, debet eos in subsidium vocare, non per Edictum cl. 1. de for. comp. cl. 2. de sent. & re jud. l. 1. §. 2. de req. reis. l. 15. §. 1. de re jud. l. 7. de custod. reor. N. 17. c. 14. N. 99. c. 5. N. 134. c. 5. v. Rebuff. tom. 2. tr. de lit. requisit. secus non valet, & non comparentem, excusat à contumacia Piff. c. 17. n. 22. Sed si Judex ad quem mittuntur literæ reum citare nollet, potest II. hic edictaliter vocari Carpzov. proc. n. 23. Kon. c. 8. p. 250. dicens: Wo der schriftlich ersuchte Richter die Ladung in subsidium juris nicht hat verstaten / noch exequiren wollen / so mag der Richter denselben Beklagten per edictum oder seinen Boten citiren lassen / gleich als wenn er in seinen Gerichten besessen / etc. Triplicem enim dant modum DD. vocandi alium ex alterius territorio, per nuncium, per epistolam seu in subsidium, & per edictum Gail. 1. O. 56. Gilh. n. 36. add. Berlich. d. concl. 11. quorum hunc omnium tutissimum esse tradunt. Hartm. t. 50. Obs. 6. & 7. Mynf. 2. O. 29. Neap. c. 67. jung. Carpz. 3. resp. 23. n. 13. qui tamen, quantum ad citationem per nuncium, dissentit in proc. d. l. n. 36. dum hoc fieri non posse ait, quin judex suæ jurisdictionis limites excedat & alterius possessionem turbet, propterea igitur posse judicis nuncium à Magistratu ejusdem loci incarcerari. Id. Umm. D. 5. tb. 11. n. 60. conf. Fab. in C. t. 2. t. 2. d. 2. Wurmf. t. 6. o. 9. Hartm. l. 1. o. 6. n. 14.

LV. Vel judex nescit, ubi reus commoratur, idque vel quod dolose, vel non dolose abest. Hic profectus aut  
nego-

negotiorum gratia, aut quod alibi domicilium, judici tamen ignotum, petat. Et talis recte III. per edictum vocatur, quoniam nescitur quorsum se vertat, & ubi debeat conveniri: Non enim, inquit *Mev. 1. dec. 253.* ut domicilium fixum quis habeat necessarium, ne edictaliter citari possit, sed tantum, ut certum sit, ubi commoretur, ut ejus copia haberi possit.

LVI. Si vero, qui negotiorum gratia absunt, quoniam judex eorum cognoscit domicilium, & certo ac determinato tempore eos domum reversuros; male edictaliter vocantur *arg. c. 5. ibi: expectetur, quia sine culpa absens x. ut lite non cont. l. 7. §. 2. quib. ex caus. in poss. Menoch. n. 117.* sed expectandum, donec redeant, & tunc fiat in personam, quoniam (1.) animus judicium detrectandi dolosus abest, quem pariter, ut necessitas moram excusat *l. 10. §. 1. ad L. Rhod. de jact. Wesemb. 2. conf. 61. n. 26. Medic. de cas. fortuit. 1. q. 6. n. 41.* nec obstat quod absentia magis appareat voluntaria, quam necessaria; nihilominus tamen pro necessaria praesumitur *Menoch. 4. pres. 74. n. 4. Treutl. conf. 77. n. 84. Kremberg. de sumpt. stud. q. 1. n. 35.* (2.) quia absens etiam reip. causa hac quidem in parte abesse censetur, etiam si negotiorum animo peregrinetur, dum haec negotiationes sunt utilissimae, proptereaque summis favoribus prosequenda *l. 5. §. 3. de jur. immin. Eberlin. ad l. 2. §. 33. de O. L. Decian. 1. resp. 96. n. 27.* quo subditi ditentur, ac ita commodè Principi servire possint *N. 8. pr. Lather. de censu. 1. c. 1. n. 18. Antimachiav. l. 2. theor. 32. Mager. de Advoc. arm. c. 1. n. 228.* (3.) quia possit fieri, ut citationis notitia ad reum non perveniat, & propterea nec contumax dici v. *Gothof. ad l. 3. C. q. 8. q.* Simile quid dicendum videtur etiam de iis, qui studiorum gratia absunt, causa enim eorum ob utilitatem publicam juvanda est, qui omne tempus utilitati publicae consecrant *auth. habita C. ne fil. pro patr. l. 1. C. de stud. liber. Calliens. de priv. Schol. pr. 1. & 2. Intrigl. de substit. 3. q. 73. n. 400. Barbof. ad l. 1. solut. matr. n. 49. Reufner. 4. dec. 3. n. 32. cum seqq.*

LVII. Dolosè autem absentes v. g. fugitivi, semper

D 3

IV. per

IV. per edictum vocandi Brunn. n. 20. Ludov. n. 3. Fab. C. 2. t. 2. d. 2. Masv. p. 3. Hill. l. 22. c. 3. quia fraus, dolus ac improbitas nemini patrocinari, neque de iis quis commodum reportare debet l. 1. pr. de dol. Bargal. de dol. l. 6. reg. 37. Et propterea aliquando contra hos diplomata Imperialia seu literæ patentis, vulgo *Hafft- Steck-* oder *offene Briefe* solent decerni ad omnes ubique magistratus & iudices, quo undique locorum in Imperio prehendi ac juri fisci possint, daß sie allenthalben im H. Röm. Reich angehalten werden mögen / Gail. de pignor. c. 1. n. 6. & O. 64. n. 13. Mev. 2. dec. 274. Wehner. obs. pract. verb. *Steckbr.* Cothman. 3. resp. 2. nu. 93. add. Caccialup. de debit. fug. & susp.

LIIX. Similiter V. per edictum fit citatio contra eum, qui dolosè ita latitat vel procurat per se aut per alium, ne citatio personalis ad eum pervenire queat; cl. 1. de jud. c. 5. X. ut lit. non cont. cap. 1. de for. comp. in 6. l. 52. de R. 7. & DD. passim. paria enim sunt non esse & non apparere Gail. 1. O. 105. n. 14. hæc tñ. procedunt, quando ita latitat, ne iudex scire queat, ubinam loci commoretur reus Carpz. num. 74. process. secus fit citatio ad domum Mynf. 2. O. 69. Cæterum nihilominus, licet vocandus latitet, vel procuret, ne notitia citationis ad eum perveniat, lis pendere dicitur Rosb. p. civ. t. 22. num. 47. & p. crim. t. 1. cap. 4. num. 3. quia pro sciēte, ac legitime citato, habetur, & ac si in personam vocatio facta Kon. c. 11. num. 1. Alex. ad l. 18. b. quapropter etiam non comparens fit contumax c. 5. §. 1. X. ut lit. non cont. l. 7. §. 2. & seq. quib. ex caus. in poss. l. 36. de reb. auth. jud. poss. DD. ad l. 8. C. 9. & 9. & in aliis proceditur contra eum, tanquam præsentem d. l. 7. l. 11. C. de omn. agr. des. N. 112. c. 3. §. 2. cap. 1. de for. comp. in 6. & quod ultra, volunt DD., ut nec amplius quidem fit citandus ad actum aliquem licet præjudicialem Hunn. 2. cap. 8. n. 21. Hillig. d. l. imò nec ad sententiam definitivam Carpz. n. 29. proc. Gail. 1. O. 55. n. 4.

LIX. Et si comparet allegando, se citationem ignorasse, hoc probare tenetur; licet enim ignorantia inculpabilis excuset, non tamen præsumitur, & ideo aliqua  
pro-

probatione opus habet, quæ fit aut per juramentum aſſe-  
gantis, aut sine eo, per argumenta, ex quibus constat no-  
titiã ejus ei non innotuisse *Mev. 3. dec. 1.* An autem,  
reus latitans in causa civili per Edictum in tribus distinctis  
territoriis affixum citari queat vid. *Carpzov. Jurispr. forens.*  
*1. c. 28. d. 7.*

LX. Huc etiam referri posset VII. casus, quando Cle-  
ricus se absentavit, ne citatio personalis ad ipsum devenire  
queat: tunc enim tribus edictis publicis citatur in Ecclesia  
sua, & si intra sex menses non revertitur, privatur Ecclesia  
sua *cap. 11. §. 1. X. de cler. non resident. Abb. & DD. ibid. Mar.*  
*num. 91.*

LXI. IIX. Etiam quando quis possidet quoddam præ-  
dium tributarium, & se absentat, vel ipsum deserit, & si  
compareret intra terminum sex mensium privabitur prædio,  
ac aliis postmodum locari potest *l. 11. C. de omn. agr. des. Lu-*  
*dov. concl. 5. num. 20.* & si quis ab eo tempore, quo peræ-  
quator prædium alicui addicit, de suo jure, vel per se, vel  
per suos homines non crediderit actitandum, sex men-  
sium curriculum evolutis in perpetuum conquiescere debet  
*l. 7. C. de cens. & cens.,* itaque post d. sex menses comparenti,  
obstat præscriptio *Gothofr. ad d. l. 11. C. lit. 11.* nisi obfuerit  
grave aliquod impedimentum, quod innocenti nocere  
non debet, causa enim facti magis quam ipsum factum re-  
spiciendum *c. occidit 23. quest. ult. l. 2. de furt. Gylmann. 1.*  
*dec. 26. n. 142.* Veruntamen hoc, & huic absentia cau-  
sam dedisse, probare debet *arg. l. 14. pr. de re mil. Tennin. sr.*  
*cautel. cap. 13. num. 6. Costa de f. & Jur. ign. 20. n. 5.*

LXII. IX. Actor quoque, quando semel proposuit  
actionem ac porrexit libellum, postea autem causam per-  
sequi differt, seque absentat, potest reo postulante vocari  
Edictaliter *auth. qui sem. C. q. & q. N. 112. cap. 3. Mar. n. 87.*  
*jung. Gothofr. ad l. 13. C. de jud. lit. D.* quia habetur pro eo  
qui latitat. Et insuper in hoc casu specialis est exceptio  
ad Reg. quod nemo invitus agere cogatur v. *Goth. ad l. 5.*  
*C. de ing. man.* tum etiam longe distant, is qui agere cœpit,  
& qui

& qui actionem instituere debet. Propterea igitur injuste is recusat, qui paratus adversarium suum ad iudicium vocavit; nisi enim hoc fieret, causæ in infinitum usque crescerent *d. N. 112.* quibus tamen omni studio occurrendum *c. 28. §. 2. X. de rescr. c. 5. x. de dol. l. 21. in f. de reb. cred. l. 1. §. 10. de nov. op. nunc.*

LXIII. Addunt X. quidam, quod etiam is possit Edictaliter vocari, qui in longinquo habitat, & semel citatus personaliter, vel fuit contumax, vel qui procuratore non relicto, recessit *Scacc. cap. 34. num. 13. Rosb. p. civ. t. 27. n. 1. Hipp. de Marfil. sing. 260. Termin. cap. 12. num. 2. Kon. c. 11. Schurf. 1. conf. 82. num. 6. Paul. de Leaz. ad cl. 1. de iudic.* Ast contrarium ex LL. vid. thes. 49. 50. 55. patet; nec quicquam objectæ efficiunt & ab iis citatæ LL. ac DD. auctoritates, quia nil minus quam hoc affirmant; paria itaque sunt non probare vel minus legitime *c. f. de rest. spol. l. 6. quæ satis cog. l. 4. §. 6. de re iudic. Turret. de claus. codicil. q. 25. n. 21.* & doctori quantumvis celeberrimo, sine tamen textu impulsivo & ratione juris loquenti, fidem nunquam adhibenda est *Goldbec. de success. gerad. fol. 41. num. 32. Quetta conf. 47. num. 9. Mund. de diffam. c. 5. §. 1. num. 62.* dum ejus dicta secundum allegata intelligenda *arg. c. 6. x. de V. S. Cubach. c. 25. brocar. 10. Surd. dec. 59. n. 7.* Vel dicendum, hunc casum ex peculiari statuto seu consuetudine aliqua introductum esse. *Brunn. n. 20.* Vel, (ad auctoritatem eorum excusandam) affirmare quis posset, quod deducatur ex argumentatione th. LIX. quia reorum proprium est fugere *l. 13. §. 3. C. de jud. Berlich. 1. concl. 10. n. 1. Freund. c. 49. n. 240. Ventur. de Valent. Parthen. litig. 1. cap. 8. num. 26.* contra fugitivum autem obtinet hæc citatio, seu ut loquitur *Scacc. d. l. §. c. 27. num. 1.* quod contra eum decernatur processus per contradictas; (ita dictæ per antiphrasin, quia nemo contradicit *d. c. num. 6.*) Vel quod, quia simplex tali casu insinuatio difficilis est & sumtuosa, excusetur, necessitatis ratione citandi modus vid. thes. 49. imputetur igitur sibi reus, quod malitiosè non comparens, hac  
tan-



tanquam in pœnam vocetur; dum eam ob propriam culpam, imo dolum, sentit; hic enim ex eo apparet, quod augendo litium expensas, quæ in citationes propter ipsius contumaciam decernendas insumuntur, adversarium fortassis haud ita locupletem ad litis desertionem velit adigere.

LXIV. Sæpius quoque accidit, quod licet reus certus, tam ratione personæ quam domicili, ad locum tamen ubi citatio intimanda seu insinuanda est, vel personam, non patet tutus accessus; quo casu XI & huic citationi locus est *cl. 1. de jud. cl. 1. de for. comp. cl. 2. de sent. & re jud. cl. 3. de elect. Caroc. de rem. cont. præj. sent. exc. 125. num. 49.* quia nemo tenetur se periculo exponere *Gail. 1. observ. 57. num. 7.* nec absentia ac potentia alicujus alteri in jure suo perfequendo abesse debet *Scacc. cap. 34. num. 10.* hæc enim jure timentur, hæc de more vitantur, hæc humana fugit ratio, hæc abhorret natura, juxta *d. cl. 2. is autem dicitur non tutus, ad quem quis sine discrimine ac periculo vitæ & famæ accedere non valet Goth. ad 8. C. de SC. Treb. lit. b.* idque vel propter bellum publicum; vel propter privatas inimicitias *Oldendorp. de exc. c. 17. Mar. num. 85. inimicorum amicos Decian. 1. resp. 18. num. 105. incarcerationem, morbum contagiosum l. 7. ad Sc. Trebellian. Gilh. n. 10. vel sævitiam principis Neap. c. 46.*

LXV. Si autem plures sunt litis consortes, & ad unum patet tutus accessus, ad alium vero non, tunc hic edictaliter, alter aliter vocandus; secus eum citatio non obligat *Menoch. num. 111. Neap. d. c. 46.* dum quidem alter ex consortibus litis meliorem potest consortis facere conditionem, non autem deteriolem *l. 62. §. 1. de evict. l. 74. de R. 7. quia alteri per alterum iniqua conditio inferri nequit c. 22. de R. 7. in 6. l. 5. de 7. & f. ign. l. 5. de acq. poss. neq; factum illius huic præjudicare debet l. 198. de R. 7. l. 1. de al. jud. mut. caus. male itaque argumentatur ab unius metu ad alterius, quia in diversis personis diversa sunt accidentia *Pruckm. 1. conf. 21, num. 107. Ayres. proc. p. 2. c. 9. Observ. 1. num. 34.* ideo  
E etiam*

etiam nec pœna, tanquam delicti consequens, infligenda alteri, præterquam auctori suo *l. 244. § 131. de V.S. l. 22. C. de pœn. Lubler. de incend. c. 2. n. 118.*

LXVI. Et nequaquam ad hæc inferenda proderit iudici inserta clausula *omnesque alios* : quoniam nunquam tali modo concepta clausula generalis, comprehendit casum, qui non valet de jure *l. 2. de pact. § ib. Gothof. Fab. in C. l. 2. t. 3. d. 13.* proptereaque eos solum obligat, qui edicto citari queunt ; verba enim semper intelligi debent, ut referantur ad casum, cui adaptari possunt *l. 1. §. 1. ad L. Falcid. Honded. 1. conf. 95. num. 16. Pruckm. 1. confil. 1. num. 149.* dicta tamen clausula obtinet quoque, si non tutus accessus in genere contra locum, licet non contra singulas personas in specie probatus fuerit ; & tunc effectum fortitur, contra omnes eos, qui in illa provincia & civitate vitam degunt *Neap. c. 46. Cassador. de dol. § cont.*

LXVII. Antequam autem decernatur hæc citatio, notandum, ut primo summatim de non tuto accessu constet *Menoch. num. 114.* qui probari potest duobus testibus juratis, licet singularibus *Hillig. d. lit. f. Scacc. c. 34. num. 11.* si modo affirmant, se credere impossibile fore, ut tuto quis possit pervenire ad locum ubi reus moram trahit *Neap. c. 57. § 66. Papaz. in add. ad Rot. dec. 5. num. 3. de reser.* utputa quando probetur eum esse in loco inimicorum aëtoris *Decian. resp. 18. num. 87.* & sufficit proinde ut præstent iuramentum credulitatis, æque enim per illud veritas patet, quia non solum secundum certam scientiam (unde iuramentum veritatis) sed etiam justam opinionem (unde credulitatis) veritas adseveratur.

LXIX. Locus autem non tutus præsumitur, quando vocanda resp. aliqua, insignis Civitas, vel Dominus potens, & præcipue si ex causa famosa citatio procedat *Gail. 1. obs. 52. n. 11. observ. 57. num. 2. § l. 2. observ. 109. num. 2. Carpz. num. 7. process. d. l. ideoque hoc casu XII. pariter ac alius per edictum vocandus Maran. num. 94. Ludov. n. 21.* quando enim interesse non concernit utilitatem particularem aliqujus

cujus

cujus, sufficit citatio per edictum vel per proclama Zabarella. *consil. 74. num. 5.* & tali casu decernitur citatio generalis & collectiva Gilh. *num. 15.* Mindan. *proc. cap. 6. num. 17.* v. gr. hoc modo: Citamus ad instantiam N. Consules & Senatores civitatis N. Abbatem & Priorem Monasterii N. Decanum & Capitulum Ecclesie N. &c. *arg. l. 44. pr. de relig. & sumt. Schen. num. 34. Vult. num. 31. cum seqq. Gail. 1. observ. 49. num. 6.* quia hæc collectiva nomina certam juris determinationem habent, certumque corpus representant Oldra *consil. 100.* Mynsing. *5. observ. 50.* Licet etiam iudex mandet incolas citare alicujus loci nihilominus hi tali modo collectivè possunt vocari, Bart. *ad l. 1. C. de jur. Reipubl.* Quod tamen vix procedit, quia mandata sunt exactè observanda, secus tamen si expresse mandentur Consules & cives, vocari. Masver. *p. 22. num. 21.*

LXIX. Hæc vero literæ quia non permittunt, ut ad Magistratum deferantur, possunt in civitate vicina affigi *gl. ad l. 99. de R. 7. Hillig. d. lit. f. Ang. consil. 196. Masv. p. 4. Brunn. n. 8. Decian. n. 106. cum seqq.* nec nuncius tenetur eam in loco non tuto, licet ejusdem loci Dominus ei dederit salvam conductum, insinuare si nihilominus justas habeat timendi causas Gail. *1. observ. 52. num. 4.* quia nec principi securitatem concedenti facile credendum, si aut tyrannus est, aut fidem datam non solet servare Rosb. *p. crim. t. 1. cap. 3. num. 198.* licet, si fas atque jus respicimus aut non concedendus, aut concessus sine amphibologia, sincere, auf guten teutschen Glauben/ servandus est *arg. l. 1. de constit. princ. l. 1. de pact. Farinac. q. crim. 29. & tam ad veniendum, quam abeundum datus censetur l. 1. de navic. add. Hartm. misc. 1. observ. 22. Borell. t. 44. num. 50. Zasius 1. cons. 15.* Si tamen tutus sit accessus ad remp., tunc vel personaliter, universitas congregata *l. 19. b. t.* citari, si simul haberi queat, aut singuli, non ut singuli, sed uti universitatem efficiunt, debent Gilh. *num. 37. Menoch. n. 119. Hillig. d. lit. f. num. 7. Maran. n. 94.*

LXX. Insuper volunt etiam quidam, quod, si esset

E 2

mul-

multitudo adstantium, quorum relatione ad reum possit notitia citationis pervenire, hæc vocatio decerni queat. Menoch. *num.* 22. Cacher. *consil.* 63. n. 11. quod tamen paucis mente tenendum dixit Jason, referente Neguzan. *de pign. m. 1. p. 8. num.* 13. & certe non absque ratione, quia ridicula est consequentia; multi sunt adstantium, ergo licet alicui præjudicium vel aliam quandam ignominiam inferre. vid. th. LI. Secundo obstat, quod expresse jure tam Civili, Canonico, quam ubique ferme locorum, statuario cautum esse legatur, quod contra absentem, cujus domicilium & ubi commoretur cognoscitur, ab initio decerni debeat citatio in subsidium, exceptis casibus, quando locus non tutus, vel iudex, citationem detrectet; postmodum autem Edictalis fiat. vid. th. LV. Recte propterea dicendum cum Jafone arbitror; paucis, imo nullis hoc mente tenendum; si aliter, iudex, non ut iudex procedit non jure sed de facto, & ideo ob illatam injuriam reo superest remedium appellationis v. th. L. secus si aliæ concurrant circumstantiæ.

LXXI. Quando summarie & juris ordine non servato procedatur, sola facti veritate solum inspecta, quidam volunt hanc Edictalem sufficere Paris. *1. cons.* 25. *num.* 1116. Grav. *ad Gail. 1. concl.* 57. *num.* 29. Caroc. *exc.* 125. n. 58. Ceval. *1. cons.* 89. *num.* 20. quod tamen verum intelligit Men. *num.* 121. si citatio ad notitiam rei pervenerit: sed nec huic assentiendum, quia in processu summario termini ut plurimum occurrunt breviores, quam in aliis, præprimis si in iis hæc iudex utatur citatione. v. th. LXXXVII.

LXXII. Non tamen legitimam esse citationem per Edictum, qua Dominus feudi monet Vasallos, ut veniant ad capiendas investituras, vult Zabarel. & Felin. quos refert Men. *num.* 109.

LXXIII. Cæterum dictum est thes. IL. personas esse vocandas vel certas vel incertas: De iis supra, de his jam in sequentibus: Et generaliter propterea dicendum, quod semper hæc citatio XIII. locum habeat, quando incertæ sunt

sunt

sunt vocandæ vel ratione numeri, personæ, vel domiciliij,  
*aut b. si omn. C. si min. ab ber. c. 47. de elect. in 6. Mynf. 2. o. 47. Vul-*  
*tejus num. 155. Cravett. conf. 997. num. 18. Uant. num. 142. di-*  
*stingvitur tamen, utrum facile resciri possit, quæ & ubi*  
*sint, & non habet locum edictalis vocatio, quia modica,*  
*non curat prætor, & quæ facile fieri possunt considerari*  
*non solent l. 3. de restit. in integr. l. 7. §. 2. de trib. act. Hon-*  
*them. de art. Not. 1. c. 27. num. 18. An vero non possit, id-*  
*que aut ob distantiam loci Decian. resp. 23. num. 3. Surd. con-*  
*fil. 151. num. 6. aut ob magnos sumtus, qui requiruntur ad*  
*executionem adversus multas; quos si impetrans ægre su-*  
*stineret, tradit Mevius §. dec. 351. citari posse adversarium*  
*per edictum, quia sumtuum causam multum indulgetur*  
*partibus, quod aliis non nocet Bellemer. decis. 33. num. 5. Et*  
*multo magis igitur quando omnes hæ circumstantiæ in*  
*uno concurrant & magnam difficultatem exhibent, ob*  
*quam à rigore juris recedendum arg. l. 55. de action. emt. l. 6.*  
*si cui pl. quam per L. Falc. Mev. §. dec. 415. jung. th. IL.*

LXXIV. Jam pergendum enumerando ca-  
sus, in quibus dicta hæ citatio obtinet, & licet hi non  
omnes pertineant ad citationem judicialem, nihilominus  
tamen quoniam per edictum fit vocatio, & quotidie fere  
in praxi obveniunt, eos adducere intererit. Locum itaque  
habet XIV. quando multi non determinate ad certum  
suppositum sunt citandi, & per varia loca dispersi Carpz.  
*num. 29. propter multitudinem enim citandorum remit-*  
*titur jus commune Negusant. de pign. m. 1. p. 8. num. 13. Ca-*  
*cheran. conf. 63. num. 11. Caroc. de excuss. bon. q. 32. num. 29.*  
*præprimis quando contradictores sunt incerti, nec possunt*  
*facile reperiri M. Dn. Præs. fpr. L. 4. t. 8. a. 5. n. 4. Carpzov.*  
*2. resp. 25. §. 3. resp. 23. Canonist. ad c. f. x. de maj. §. ob. Ut-*  
*puta, quando XV. Creditor vult vendere pignus, vid. l. 6.*  
*C. de rem. pign. Scacc. c. 34. num. 18. Mar. num. 104. Gothofr.*  
*ad d. l. 6. Conf. Magn. Dn. Præs. Ex. 26. tb. 44. cum seqq.*

LXXV. Decernitur XVI. quando quis o-  
neratus ære alieno bona sua creditoribus sponte qui-

buslibet verbis promittendo cedit, ut ipse salva existimatione molestias Creditorum evitet, & iis exigentibus, quoad ejus fieri possit, interea satisfiat Brunus *de cess. bon. q. 9. p. 204.* Tusch. *1. concl. 218. num. 9. lit. C.* Tholoff. *l. 22. c. 7. num. 3.* Fab. *in C. 1. t. 9. d. 21.* ubi addit citandos esse omnes, quorum interest; & si qui per contumaciam absint, pro presentibus & conferentibus habendos.

LXXVI. XVII. Contra creditores defuncti in concursu, ut veniant & de jure eorum doceant, creditave proponant, quo in quantum iis possit satisfieri deliberetur Felin. *ad c. 2. X. de const. num. 8.* Carpz. *num. 29. & 30.* Neap. *cap. 40.* Brunn. *num. 20.* ubi hoc ex consuetudine affirmat.

LXXVII. XVIII. Contra creditores defuncti, quando quis vult hereditatem adire suspectam, ut compareant ad videndum fieri inventarium juxta formam *l. 22. C. de jur. delib. DD. ad N. 1. c. 2. §. 1.* Magn. Dn. Præs. *Exerc. 33. tb. 55.* Gail. *1. obs. 57. num. 9.* Rom. *conf. 53. num. 3.* effectum ejus vid. *in d. l. 22.* etsi non compareant, sibi præjudicant Myns. *20. O. 47.* Scacc. *num. 19.* Mar. *num. 108.*

LXXIIX. Simile XIX. obtinet in publicatione bonorum e. gr. ob crimen læsæ Majestatis, quando bona fisco vindicantur; quo compareant Creditores delinquentis intra certum aliquem ac determinatum terminum, docendi gratia de eorum credito Goth. *ad l. 4. §. 6. de damn. inf. lit. m.* Boss. *tr. crim. de procl. quod sit bon. n. 15.* ne hi bonis defraudentur, ac simul contra æquitatem una cum reo puniantur.

LXXIX. Tum XX. contra possessores rei alicujus, siue mobilis, siue immobilis, incertos, quorum notitia alias nequit haberi sine magnis expensis *l. 7. C. de bon. vac. c. 47. de elect. in 6.* Alciat. *resp. 52. num. 33.* Rudin. *5. conf. 3. n. 8.* Carpzov. *n. 9. process.* Marfil. *sing. 259.* quale quid etiam ante aliquot annos, in patria, ob amissum feudum factum fuisse memini.

LXXX. Locum quoque XXI. habet in materia diffamationis, si alicujus hinc inde male fuit divulgata fama  
Magn.

Magn. Dn. Præs. *Jurispr. d. l. d. 5. n. 6. Goth. d. l. Neap. e. 40.*  
Gail. *1. observ. 9. & observ. 57. num. 9.* quem tamen Scacc. *n.*  
*31.* secundum constitutionem Imperialem loqui vult. Ve-  
rum non video rationem, quum jure communi cautum,  
ut quando citandi incerti, vocatio fiat eorum per edictum;  
jam, ubi eadem ratio, ibi idem jus Kremberg. *q. 1. m. 2. num.*  
*101.* Num autem unica sufficiat citatio v. Myns. *3. o. 86.* u-  
bi negativam defendit.

LXXXI. Item XXII. ob odium spoliū no-  
torii, licet etiam fuerit persona Ecclesiastica, quæ  
spoliavit Laicum alicujus rei possessione, decernitur Scacc.  
*num. 30. Men. num. 118. Mar. num. 88. Ludov. n. 16.* non e-  
nim hoc casu fit citatio contra certam personam, sed gene-  
raliter, ut contradictores compareant ad allegandum, qua-  
re Laicus restitui non debeat Brederod. *caut. civ. t. 11.* & te-  
netur Clericus; quia in hoc puncto agnoscit judicem se-  
cularem *c. 7. x. qui fil. sint legit. Ant. de Butr. ad c. f. de jud.*  
dum possessorii causa etiam in spiritualibus quid seculare  
esse creditur, & ad Principis Laici curam pertinens, non  
spirituale *gloss. ad c. 2. x. de juramento calumn. Arctid. ad c. 1.*  
*de rest. spol. in 6. Zabarel. ad cl. 2. de jud. modo lis sit de reti-*  
*nenda possessione per interdictum uti possidetis, vel de re-*  
*cuperanda, non æque si de adipiscenda, quia hoc reme-*  
*dium proxime accedit ad naturam petitorii, cujus cogni-*  
*tio pertinet ad Ecclesiasticum judicem. Guid. Pap. q. 1. add.*  
th. LXXXV.

LXXXII. Procedit XXIII. citatio per edictum,  
quando Episcopus vel alius Prælatus vult confirmare ele-  
ctum ad aliquam dignitatem vel beneficium, tunc enim  
debet vocatio fieri nominatim in loco ubi est electus vel  
apparet oppositor; alias generaliter in Ecclesia, in qua e-  
lectio facta, ut si qui sint, qui se velint opponere, compa-  
reant assignato peremptorio termino competentis *c. 47. de*  
*elect. in 6. & ibid. Canon. comm. Innoc. ad cap. 8. x. de maj. &*  
*obed. Ludov. num. 29. Mar. num. 92.* qui hæc extendit ad ca-  
sum, quando aliquis præsentatur per jus Patronatus per *gl.*  
*1. & f. ad d. c. 47.*

LXXXIII.

LXXXIII. XXIV. Si Magistratus vult fieri licitationem, einen Ausschlag / Steigerung oder Mehrschätzung / quod moribus dicitur auctio; ut is, qui in licitatione superior exstiterit, id quicquid fuerit ablatum vel conductum vel venditum habeat *l. 9. pr. ff. & l. 4. C. de publican. & veēt.* & propterea ad hæc consequenda, ut certo die compareant, tale quid conducere volentes, affigitur citatio *l. 3. C. de locat. præd. civ. l. 6. C. de fideic. & jur. bast. Coll. Arg. ad d. t. de publ. th. 9. vid. tr. Ant. Matth. de auct. & Damhoud. item Posth. de subhast.*

LXXXIV. Huc quoque XXV. referri posset, quando quis proposuit institorem qui male administrat negotia, proptereaque ipsum revocare pensitat; Tunc enim debet palam proscribere, claris literis, unde de plano recte legi queat, ante Tabernam scilicet vel eum locum, in quo negotiatio exercetur, ne quis cum eo contrahat *l. u. §. 3. & ibid. DD. cum Bald. de instit. act. Ludov. n. 18.*

LXXXV. In hisce autem dictis casibus, decernitur citatio generalis per edictum contra eos, qui sua interesse vel aliquid juris habere putaverint, ut ad certum tunc & determinatum terminum veniant, & ea quæ dicenda habeant, proferant atque producant, sub comminatione perpetui silentii Magn. Dn. Præs. *Jurispr. d. t. a. 5. n. 4. Gilh. num. 15. Maran. num. 82. Vant. num. 142.* addens, quod si existat certa persona, quæ ex actu lædi possit, nominatim vocari debeat, alias citationem generalem nemini obesse. Alias vero obligat tam Clericos quam Laicos *arg. l. 5. §. 1. & 3. de op. nov. nunc. Rol. à Valle. conf. 29.* propterea, quod talis forma citandi dat extraordinariam cognitionem judici seculari inter Clericos *Fab. 3. C. t. 1. d. 38. Brederod. caut. jud. civ. t. de exc. declin. Surd. decis. 26. num. 1. cum seqq.* quia solum est monitoria non arctatoria, dum per eam optio cuicunque datur veniendi *Hillig. d. l. lit. f. num. 6.* igitur ad eam comparens, venit ut actor non ut reus, & ideo voluntaria dicitur comparitio non necessaria. *Fab. Bred. dd. ll. & Canon. ad cap. 5. & 8. X. de except. seu prout*



prout loquitur Gail. *de P.P. c. 2. num. 15.* distingvendo inter reum necessarium, qui nominatim verbis conceptis ad iudicium vocatur; & voluntarium qui comparet ad emissam hanc vocationem generalem. Insuper etiam licet citatio alias sit nulla, tamen per comparitionem convalidatur Lancelot. *de attent. p. 2. cap. 4. num. 162.* vid. Joh. Pelf. *proc. t. 12. num. 19. cum seqq.* Fallit hoc tamen, si quis fuerit nominatim vocatus & additum, *si sua interesse putaverit.* tunc enim est arctatoria Neapol. *c. 37.* sed quando ultra d. verba si sua interesse &c. adjectum fuerit *alias procedetur ad ulteriora in ejus contumaciam*, nam hoc casu Clericus non voluntarie sed coactus dicitur venire Ludov. *num. 26.* Rol. à Vall. *d. l. n. 18. ad f.*

LXXXVI. Quoad requisita a. legitima conceptionis, cōvenit in pluribus cum citatione privata differt tn. in his, ut (1) surrogetur in locum insinuationis publica affixio, ut notitia citationis citato fiat, quia ad ejus manus deferri nequit citatorium Vult. *n. 146.* (2.) Ut loco habitationis seu domicilii, sit locus publicus ad quem affigitur. (3.) Ut appendatur sigillum consvetum judicis decernentis. Convenit in his, nempe ut non solum judicis sed etiam utriusque litigantis, tam rei quam actoris, nomen, vel si reus incertus, descriptionem & qualitatem ejus, seu generaliter, si sua interesse putaverit, quin & causam litigii exprimat; locumque judicii designet, & terminus competens, qui pro loci distantia apponi debet, præfigatur *cl. 1. de judic.*

LXXXVII. Etsi peremptoria, requiritur ejusdem verbi *peremptoriè* expressio: vel *eins vör alle* / vid. Diaz. *de R. Jur. reg. 79.* & sufficit itidem in ea una pro omnibus nisi lex vel consuetudo plura requirat Mev. *1. dec. 258.* modo & tantum contineat temporis, quantum alias trina Gilh. *n. 27. § 29.* In hac tamen ternis opus esse vult Tusch. *6. concl. 279. num. 24* quod tamen in praxi vix observari patet. Respicendus igitur semper stylus in his ac consuetudo curiæ, quia superant omne jus Schneidew. *ad §. 3. I. de p. t. l. Termin. cap. 8. num. 10.* & proinde iudex recte æstimat, quod cita-

F

tiones

tiones decerni debeant, ideoque etiam pro conditione personæ, causæ & temporis ordinem edictorum in compendium redigere ac moderari potest. *l. 72. §. 1. de judic.* Terminus tamen peremptorius, in hoc citationis genere, quatuor aut sex mensium, pro locorum distantia & causarum qualitate dandus Neapol. *cap. 40.* Casus in quibus una non sufficiat vocatio vid. ap. Rosb. *civ. proc. tb. 27. n. 35. & seqq. & num. 99.* Blarer. *ad l. diffamari cap. 6. num. 44. cum seqq.*

LXXXIIX. Insuper necesse quoque, ut iudex cujus imperio fit citatio, hanc ipsam vocandi in jus adversarii formam præscribat, decernatque, perinde ipsam valere, ac si præsentem reum Nuncius conveniret: Er erscheine auf ernennete Zeit oder nicht / so soll nichts desto weniger ergehen und geschehen / was Rechtens: Fab. *C. 2. t. 2. d. 2.* ubi hanc clausulam juxta Pragmaticos dicit *Decernentes*: Gilh. *num. 27.* autem *justificatoriam* vid. *l. 71. de jud.* Bredenrod. *vero in caut. civ. t. 1. claus. avisationis & comminationis.*

LXXXIX. Commissam tamen citationem Præco diligenter exequi debet, per affixionem legitime conceptæ in loco publico Hunn. *2. c. 6. t. 8. num. 1.* vel domicilii, vel ubi citandus conversari solitus, vel etiam, ubi causæ controversia est *c. 10. X. de dol. & cont.* Vult. *num. 156.* præcipue tamen tali, ut citatus verosimiliter ejus notitiam habere possit *l. 11. §. 3. de Inst. act.* Borell. *in summ. dec. t. 44. num. 33.* Hillig. *d. lit. f. Masver. p. 24. num. 29.* Myns. *2. observ. 96. & 3. obs. 37.* & idcirco in duobus diversorum dominorum territoriiis Mindan. *process. cap. 6. num. 21.* Gail. *1. observ. 57. num. 10.* Neapol. *c. 40. 42. & 58.* addens hæc sufficere, licet nuncio etiam mandatum sit, ut in tribus affligat; non tamen, si in uno. quorum tamen hoc affirmat Decian. *1. resp. 18. n. 171.* Hodie autem fit in tribus locis Magnif. Dn. Præf. *Ex. 49. tbes. 93. cum seqq.* Carpzov. *n. 40. 41. & 50.* ibi in dreien unterschiedenen Herren Landen. ubi sic pronunciatum esse refert. Et quidem in locis vicinis, licet non vicinioribus Neap. *c. 52.* Tusch. *1. concl. 256. num. 17.* solitis ac consuetis *d. l. 11.*

*d. l. ii. de Inst. act. & ibid. Gothofr. const. summa 2. §. 5. C. Decian. num. 170.* quæ etiam confirmant Imp. Matthiæ ad Electores & status Bohemicos, emissæ litteræ sub dato Viennæ ult. Jun. 1618. verba sunt, Befehlen Euch hiermit gnädigst / Ihr wollet erstberührten Patenten / in Unserer und des H. R. Stadt Colln / an Ort und Enden / wo dergleichen Sachen / ohne daß zu männiglichem Wissenschaft und Warnung publiciret werden pflegen / anschlagen. refert hæc Lundorp. *act. publ. p. 1. cap. 15.*

XC. Præterea requiritur ut locus affixionis sit publicus, quia qualitas hujus citationis urget publicam executionem Carpzo. *num. 42. & 68. Maran. num. 94. Sichard. ad l. 8. C. 9. & 9. num. 13. & 14.* & hominum multitudine frequens, quia tunc verosimile est, ut aliquis ex multitudine illa denunciaverit reo ipsum esse citatum, Scacc. *c. 45. n. 15. Decian. num. 99.* veluti ut affigatur valvis templorum, curiæ (quia inquit Scacc. *d. l. pauci hodie præsertim procuratorum visitant Ecclesias, citius & omni die currunt ad tabernas.*) vel civitatis portis, an vas Schwarze-Brett / vel alio etiam Hiltrop. *process. p. 2. t. 1. de spec. cit. num. 9. Borell. t. 44. de cit. num. 84. Berl. 1. concl. 11. num. 4. Gail. 1. obs. 55. num. 3. Kon. c. 11. qui in t. 8. p. 250. addit, quod si causa litigiosa sit spiritualis v. g. ob matrimonium; affigi debeat foribus templi, sin vero profana, aliis in locis consuetis. Idem Termin. c. 12. num. 3. Rosb. t. 27. num. 3. Et hic locus olim dicebatur album v. Bach. *ad l. t. de p. t. l. §. 12.**

XCI. In Camera itidem in tribus annectitur locis vicinis, quæ tamen à parte adversa in supplica designari debent, notantibus Brunnem. *num. 20. Mindan. d. l. Gilh. n. 41. Gail. 1. ol serv. 57. num. 10. Reyger. ad Mynsing. 2. observ. 69.* qui addit cum Neap. *c. 40.* sufficere, si verbis in Cancellaria citationis affigendæ loca designentur.

XCII. Ipsum tamen autographum seu originale, eo prius publice in audientia perlecto juxta Neap. *c. 58.* affigi debet, Scacc. *num. 17. Vant. num. 136.* & ita per aliquot horas relinquendum, postea vero eo refixo substitui potest co-

pia collationata seu exemplum Neap. *cap. 60.* quo alia vice si opus, rursus dictum authenticum queat reproduci, neque plura elaborare necesse. Non ergo sufficit ut ab initio affigatur copia, nisi sigillo fuerit confirmata illius curiæ, à qua emanavit originalis citatio. Neap. *dd. ll. & cap. 61.* quæ autem rectius dicitur originale quam copia, quia iis ipsis iuribus, quibus & illud, gaudet; num autem in affixione requirantur testes vid. Rot. *3. dec. 1016. p. 3.* Ceterum affixio illa potest tam diebus juridicis quam feriatis fieri, quia dum populus visitat sacra, eo verosimilius iis, & per eos ad rei aures pervenire creditur *clem. un. de for comp. §. 2.* Neap. *c. 48.* quod & in praxi obtinet.

XCIII. Quamdiu vero affixa manere debeat, est in iudicis arbitrio Gilh. *num. 43.* Rosb. *num. 4.* Menoch. *de a. j. c. 463. cent. 5. l. 2.* modo tamen tamdiu illam relinquat, donec verosimile videatur pervenisse ad notitiam rei Maran. *num. 96.* secus autem intimatio non valet *cl. 3. de elect.* Postea tunc si se vocatum novit, efficax citatio, etiam si in continenti fuerit lacerata, quia jam constat de effectu ad quem affixa fuit Decian. *d. resp. 18. num. 100.* & ubi habemus finem cum effectu, non curamus de modo *l. 62. mandat. præsertim* quando effectus fuit causa modi inducendi, non è contra *l. 3. C. de inst. & substit.* Bald. *ad l. 17. ff. de LL.* quæ notitia autem probatur per confessionem extrajudicialem Neap. *c. 113. vid. gl. in clem. 3. de elect.* Mascard. *vol. 1. de prob. concl. 292.* Gilh. *num. 34.* addens quod si affixa fuerit in locis vicinis, ubi verosimiliter ad citandi aures pervenire possit, etiam præsumatur citationem innotuisse; vel si in tali loco, in quo reus habet affines & amicos Decian. *num. 98. & 99.* Etsi notitia tunc probata, licet citatio fuerit illegitima, tamen non-comparentem non excusat, juxta Bellemer. *dec. 188.* debuisset enim saltem venire ad demonstrandas illegitimæ citationis causas.

XCIV. Post intimationem subsequitur relatio Nunciæ de legitima facta insinuatione, quæ si generaliter in hoc citandi modo facta, sufficit Vant. *num. 96. 97. 137. 138. & 139.* Scacc.

Scacc. num. 7. & 16. nimirum si dicat se publicasse, affixisse & fecisse ea, quæ ei mandata Decian. num. 172. quia talis dicitur certa, & nuncius præsumitur adimplevisse ea, quæ ei commissa fuere Ludov. n. 8. Expedit tamen magis specialis & cum circumstantiis facta relatio dum res quanto clarior tanto melior descripta censetur, idcirco optime refert, quod citandum perquisiverit, non tamen reperire potuerit Rosb. t. 24. num. 6. se publice legisse, & postea affixisse Maran. num. 96. verba autem: *executus fui & citatus*: lectionem non probant, sed affixionem Neap. c. 59. Alias autem superfluum ut de lectione referat Scacc. num. 16. & 17. c. 48. &, quod tunc temporis adfuerit hominum multitudo, vel per quantum spatium fuerit relictum. vid. Mar. d. l.

XCV. Quod attinet effectum hujus citationis, idem est cum personali, dum æque citatum ad comparendum, arctat Canon. ad clem. 1. de jud. Gail. 1. observ. 57. n. 22. & o. 38. num. 6. cum seqq. Rosb. d. t. num. 3. add. Scacc. c. 45. num. 21. & processus qui contra aliter citatum solet institui etiam in eo, qui per edictum vocatus obtinet Gail. d. observ. 57. num. 12. Gilh. num. 43. proptereaque non-comparentem contumacem reddit l. 53. de re judic. Neap. cap. 40. Termin. cap. 12. num. 4. & passim. DD. & ulterius etiam contra eum, tanquam præsentem proceditur clem. 1. de for. competent. l. 73. pr. de judic. l. 13. §. 3. C. eod. l. 8. C. 9. & 9. quia per interpretationem contumax habetur pro præsentem Gothofr. ad l. 47. de re jud. Gail. 1. observ. 109. num. 1. (ubi limitationem addit,) quæ tamen admittit Hillig. d. lit. f. quando citandus est certus, nec in personam citari potuit ob accessum non tutum.

XCVI. Denique fertur sententia, quia contumax habetur pro confesso & convicto Decian. d. l. num. 193. König. c. 11. p. 254. distingvendo tamen inter civilia & criminalia. In his proceditur ad bannum; non vero ut sic bannitus à quovis statim occidi impune queat, sed ut tanquam de crimine convictus, à quolibet capi & executioni judicis bannientis tradi possit Carpz. proc. num. 57. jung. e-

*jusdem prax. crim. p. 3. q. 140. num. 95. cum seqq.* Magn. Dn. Præf. Exerc. 49. thes. 96. Aliquando etiam, pro modo delicti, ad pœnam tantum pecuniariam condemnatur, & tunc bona ejus quæ reliquit, in quantum exsolvent pœnam, fisco vindicantur *l. 5. de requir. reis.* Si quis autem in causa famosa adnotatus, non comparet, fit infamis *l. 3. C. de requir. reis. Coll. Arg. t. de infam. tb. 28. num. 26.*

XCVII. In civilibus vero vel vocantur personæ certæ vel incertæ. Quoad illas distinguit Vant. *num. 141.* inter causas magni & modici præjudicii. Si de his agitur, debet clare atque aperte, quod notitia pervenerit ad reum constare, antequam procedatur ob contumaciam ad condemnationem: nec sufficiunt conjecturæ, quæ tamen satis probant, si essemus in causis modici præjudicii, hæc autem Rot. *dec. 5. num. 9.* intelligit de citatione ad domum, non de Edictali: Idcirco si probetur, ita fuisse affixum, ut potuerit ad notitiam, citati pervenire, satis esse ad inducendam præsumtam scientiam vult Ruin. *5. conf. 62. num. 20.* Menoch. *num. 120. de rec. poss. vid. thes. XCIII.* & propterea puniendus tanquam contumax ex alia citatione, licet ne quidem ei innotuerit Schurf. *1. consil. 28.* Bartol. & DD. *ad l. 3. C. q. & q. Pist. 1. c. 16. num. 25.* Rosb. *t. 27. num. 3.* nec obstat, quod absens non condemnandus *l. 5. princ. de pœn. l. 1. princ. de requir. vel abs. dam.* quia (1.) denunciatio ipsa est, quæ in dolo constituit adversarium *l. 9. §. 1. de e. dend. l. 10. §. 3. quæ in fr. cred. &* facit ut reus absens habeatur pro præsentem *l. 62. §. 1. de evict. & ib. Gothofr. lit. D. l. 7. C. q. & q.* (2.) sufficit id factum esse, per quod potuerit innotescere citatio ei, licet revera non innotuerit *d. l. 1. §. 2. de requir.* Fab. *C. 2. t. 2. d. 2. num. 10.* (3.) quia dicta regula, non semper vera & universalis, dummodo & per rubricam ipsam limitatur, verba enim sunt de requirendis vel (nota partic. disjunctivam) absentibus damnandis. Conf. Magnif. Dn. Præf. Ex. 44. tb. 41.

XCIIX. Quia tamen contumacia alia vera, quando quis personaliter fuit citatus, seu quando constat, quod citatio

tatio

tatio ad rei certam notitiam pervenerit; alia ficta, quando quis ad domum vel per edictum citatus, ac propterea, num se vocatum sciat, non patet. Maran. *num. 8. m. 2. Zas. ad l. 53. de re jud. num. 25.* Vivius *dec. 138.* Idcirco etiam hic contra rem judicatam refusis ac refectis expensis, audiendus Neap. *cap. 56.* Hilliger. *dict. l.* quia æquitati adversatur quempiam sine causa condemnare; dum licet dicatur contumax, nihilominus tamen (in sano significato) talis non est, propterea, quia animum dolosum non habet, neque contemnendi iudicem, à quo tamen contumacia nomen sortitur vid. Spahens *teutsch. Advok. l. 4. c. 6. n. 1.* Necessum autem ut ignorantiam vel per testes vel per juramentum, probet Boër. *decis. 40. n. 4. cum seqq.* Decian. *num. 192.* quia non sufficit allegare, sed allegata probare, præsertim ea, quæ sunt facti, propterea quod non præsumuntur *l. 1. C. de prob l. 10. C. de non numer. pec.* & tunc juranti, citationem ei non innotuisse, creditur Menoch. *1. præf. q. 77. num. 11.* sive quod ei obstiterit justum impedimentum, sive alia prægnans causa; addat tamen, quod non fuerit orta ex culpa sua, neque ex voluntate *gloss. ad cap. 1. de etat.* secus si notoria: tunc enim relevat eum ab onere probandi, non vero allegandi. Decian. *n. 185. resp. 18.*

X C I X. Quoad personas autem incertas (*vid. thes. XCVII.*) quæ vocantur per edictum generale, si sua interesse putaverint, distingvit Scacc. *c. 34. num. 17.* inter actum pro conservatione seu manutentione & pro acquisitione seu recuperatione. Illo casu, sententia reum arctat tanquam præsentem & nominatim vocatum: contumacem quoque à jure agendi in posterum excludit, ac si ei perpetuum sit impositum silentium ex lege diffamari. Hoc vero, tale quid negatur, quia citatum non arctat ad se defendendum, sed solum agendum. Unde & contra eum non valet processus contumaciæ. Etsi plane ignoraverit, se citatum esse, idque probaverit, potest appellare *cl. un. de dol. & cont.* Gail. *observ. 57. num. 13.* Gilh. *num. 43.* modo fiat intra decem dies à die publicatæ sententiæ, quia postea non audiens.

audiendus Rot. *dec. 355. de dol. & cont.* nisi non certe con-  
flet de notitia citationis , tunc enim poterit quodocun-  
que etiam post decem dies appellare Ludov. *num. 30.* Tira-  
quel. *de retr. lign. §. 9. gl. 2. n. 42.* E contra, si se citatum  
cognovit, nihilominus vero contumax fuit, appellatio lo-  
cum non habet *l. 73. §. 3. de judic.* ob detestationem doli.

C. Tandem contra eos, qui dolo malo, quo minus  
innotescat citatio reo, scripta atque proposita in albo Præ-  
toris, corrumpunt , datur ex albo corrupto ad 50. seu  
ut Florentina ad 500. aureorum pœnam DD. *ad l. t. de act. §. 12.*  
& *ad l. 7. de jurisd.* Quod album hic tabulam aliquam, notat,  
in qua Prætores edicta sua publice proponere solebant. Ba-  
chov. *ad d. §. Inst. vid. thes. XC.* Hodie vero in locum hu-  
jus actionis de albo corrupto, quia directa exolevit, surro-  
gata est utilis adversus eum, qui tam hæc citatoria, quam  
alia etiam edicta atque mandata publice affixa, dolose la-  
cerat, delet & aufert, ad pœnam irrogandam arbitrariam,  
ære aut corpore solvendam Magn. Dn. Fuchf. *in comm. ad*  
*d. l. §. Schneidew. eod. num. 26.* Termin. *c. 101. n. 2.* Coll. Arg.  
*ad t. de jurisd. th. th. 53.* Exceptiones rei v. ap. Spah. *teutsch.*  
*Advok. l. 3. c. 15. n. 4.*

DE

## CITATIONE PER PRO- CLAMA.

CI.

Affines citationis Edictalis sunt I. & præcipue ea, quæ  
fit per præconem, adeo ut à DD. promiscue sumantur  
Seacc. *c. 35. num. 1.* & hinc Vult. *num. 158.* Edictalem cita-  
tionem per proclama, quæ publice affigitur ; & illam citat.  
per edictum, quæ publicè legitur. Dicitur alias etiam per  
proclamationem Ludov. *num. 2. & 3.* per proclama Mynf.  
*4. obs. 65.* Et definitur, quod fit vocatio publica, qua quis  
per



per vocem Præconis altam & intelligibilem citatur ad negotium aliquod. Estque tum judicialis tum extrajudicialis. Differt ab Ediçtali, quod hæc sit firmior illa, quia per scripturam publice affigitur & innotescit. Illa vero solum legitur per nuncium in loco publico Gilh. *num.* 45. & quoniam vox Præconia paucis nota fit, contra autem ediçta per multos dies proposita, possunt pene omnes agnoscere *autb. qui semel C. quom. & quand. jud. N. 112. c. 3. pr.* idcirco præstat, ut quis vocetur per Ediçtum, quam præconem.

CII. Cæterum in casibus iisdem fere decernitur in quibus illa, ut inde statuatur Mar. *num.* 95. quod, quando lex vel statutum permittit fieri hanc citationem, possit fieri & illa, non tamen vice versa Ludov. *num.* 2. quia debilius non præferendum fortiori. Obtinet itaque quando (1) citandus vagabundus (2) Clericus agit, contra ejus expulsores suos *cl. un. de for. com.* (3) si quis vult conficere inventarium Mynf. 2. *Obs.* 68. (4) In vocanda universitate Carol. V. *Const. Imp. de an. 1548. & 1555. de ord. & ref. Cam. in Germ. p. 3. a. 38. Masv. p. 4.* (5) quando res casu amissa inventa Magnif. Dn. Præf. *Ex. 41. tb. 60. D. D. ad §. 47. f. t. de R. D.* (6) In omni casu, quando adversarii Menoch. *num.* 105. vel quibus aliquid notificari debet, incerti, tum ob personas, tum numerum, sunt v. Maran. *num.* 98. usque ad 110. Scacc. *c. 35.* plures v. supra de Ediçtali.

CIII. Specialis tamen hujus citationis est casus, quando Sponsus cum Sponsa, Sponsalia consummare volentes publicè in Ecclesia è suggestu denunciantur, Concil. Trident. *c. 1. sess. 24. de reform.* Magnif. Dn. Præf. *Ex. 29. tb. 26.* addita clausula: Hat iemand darwieder etwas zu reden/ oder zu sprechen/ der sage es bey zeit/ und schweige hernach &c. quod fieri consuevit in tribus distinctis diebus festivis v. Thom. Trivif. *1. dec. 9. num. 4.* tum etiam in una civitate, vel in tribus distinctis territoriis Spahst. *l. 4. c. 5. num. 2.* aliquando tamen, cum vel personæ integræ vitæ, quarum sinceritas singulariter nota, vel etiam causa prægnans adest,

G

ad-

admittitur dispensatio, & vel in totum vel in tantum, ut una die bis partes proclamantur. Si quis autem hoc elapso tempore non comparet, non amplius auditur, nisi justam non-comparendi causam juramento probet *c. 6. X. qui matr. acc. poss. Menoch. 1. pres. qu. 77. num. 10. & 11.* vel si probabilis etiam conjectura obstat copulæ contrahendæ, tunc consummatio ejus interdicitur, donec pars adversa audita, quæstio profligata & lis ad finem perducta est *c. f. de clandest. desp. Jung. c. 27. X. de Spons. & matr. quæ proclamationes dicuntur à Canonistis banna d. c. 27. & c. 6. qui matr. acc. poss.*

CIV. In aliis vero supra enumeratis & similibus casibus pariter requiritur trina vocatio Menoch. *de a. j. l. 2. cas. 463. num. 4. 5. & 6.* nec sufficit una pro tribus ad peremptoriam significandam, quia vox præconis cito evanescit, litera v. edicti, dum scripta, manet ob oculos posita, & hoc modo memoriâ tenetur. Cæterum terminus relinquitur iudicis arbitrio, qui eum coangustare vel ampliare potest, juxta diversitatem causæ, negotii & personarum *gl. ad auth. qui semel C. q. & q. ibi. triginta. Men. d. l.* Notandum quoque, quod per proclama vocanda persona incerta, ut fiat in illa vicinia civitatis, ubi reus consueverat conversari *Dd. ad l. 4. §. 5. de damn. inf. Mar. num. 100.* & quidem, pro more sveto, vel in foro, vel quatuor partibus civitatis, vel in biviiis platearum auf allen Ecken der Gassen / vel etiam in contradictarum audientia, (quæ est locus publicus civitatis, in quo contra absentes & contumaces ratione moræ in non solvendo, & contumaciæ in non comparendo, decernitur processus per contradictas *Scacc. c. 27. num. 2. v. th. LXIII.*) Exequitur autem eam Nuncius seu Præco, qui in judicialibus dicitur *der Gerichts-Böhte* / in extrajudicialibus autem *der Musruffer* / in patria *der Schütter*. Eodem modo distinguitur quoque quoad iudicem eam decernentem: Si enim causa est judicialis, is solum hanc, qui Edictalem valet, ob paritatem rationis, decernere potest, si extrajudicialis, tunc cuilibet iudici competit illa potestas.

CV.

CV. Species quoque hujus citationis obveniunt in Camera, & dicuntur *cride* Gail. 1. *Obs.* 57. num. 7. vulgo das Ruffen. Quando nim. alter, altera parte absente & contumace petit hanc citationem decernendam contra adversarium, Guid. Roding. *Pandect. Camer.* l. 3. t. 33. add. Jac. Blum. *Proc. Cam.* t. 66. n. 21. Schwanman. l. 2. *Proc. Cam.* c. 72. Wehner in *Obs. pract. voc.* Ruffen. Ejus effectum vero vid. in *Rec. Deputat. de an.* 1600. §. es sein.

DE  
CIT. PER CAMPANAM.

CVI.

**A**ffinis II. Edictali est ea quæ fit per campanam; Obtineturque (1) in convocandis personis alicujus universitatis, Collegii, capituli aut Consilii generalis Hillig. *d. lit. f.* Gilh. n. 44. (2) quando cives venire debent ad proponenda eorum gravamina ap. Magistratum, & dicitur das Klage Leuten (3) addit Maran. n. 114. significat Sonitus Campanæ exitum ad bellum, (4) gaudium nim. quando Princeps prospere ingreditur civitatem vel (5) gratiarum actionem, si quid tempore belli feliciter occupatum (6) convocationem ad sacra (7) ad denotandam celebrationem missarum Scacc. c. 36. n. 2. (8) est signum salutationis virginis, quando vesperi pulsatur, ad dicendum Ave Maria Maran. *d. l.* (9) defuncti, qui sepulchro commendatur, vel etiam (10) quando facinorosus vel ad comparitionem per vocem Praconis ad publicum judicium vocatur, vel quando pœnæ capitali traditur Jung. Scacc. & Maran. *dd. ll.*

CVII. Nec male huc refertur III. ea quæ fit per *buccinam* seu *tubam*, vel etiam *tympanam*; & obtinet vel in negotiis judicialibus, cujus exemplum meminit Lundorp. *act. publ. p. 3. c. 2.* vel in extrajudicialibus, & notissima est, convocationis species in præidiis, quando pedites personarum crepitantis tympanæ: equites vero sonantis clangorem

rem tubæ, durch den Trompetenschall / ad locum certum, congregationi destinatum, suscipiendi militaris negotii ergo, vocantur. Vel aliquando etiam citantur milites, qui dolose capeffendo fugam, eorum cohortes deseruere, ut rursus compareant, nisi eorum nomina bracteis insculpta patibulo velint affigi. Ihre Nahmen an den Galgen schlagen lassen.

CVIII. Restant denique contraria citationis, quæ præbent exceptiones, & sunt ratione effectus vel (1) peremptoria, quarum præ aliis huc pertinet exceptio nullitatis ex defectu citationis v. Vant. *de nullit. tit. de null. ex def. cit. Berl. 1. concl. 61.* non enim est vitium gravius, si Mevio *4. dec. 294.* fides, quam quod ex defectu vel vitio citationis oritur, quia vitiat omnia sequentia Vant. *n. 2.* & est absque effectu Gail. *Obs. 48. n. 3.* idcirca etiam nec processus nec sententia valida Mynf. *2. Obs. 18. n. 1.* Gilh. *n. 7.* Caterum licet quoque statuto caveatur, quod nullæ debeant admitti exceptiones, nihilominus tamen excluduntur eæ, quæ proveniunt ex defectu vocationis Anchar. *conf. 207.* Mynf. *6. Obs. 5. num. 4.* quia solum tale loquitur statutum de frivolis & notoriè perperam objectis Tholosan. *l. 50. c. 2. num. 20.*

CIX. Vel (2) sunt dilatoria, quarum alia sunt ex re & causa agitata, ac inhærent ipsi actioni, alia sunt ex iudicio ipso, & concernunt vel personas & quidem iudicem; hinc oritur exceptio (1) incompetentiæ *l. f. de iurisd. l. 19. §. f. de jud. l. pen. & ult. C. eod.* quæ opponi debet in principio litis motæ *l. f. C. de except. l. 4. C. de iurisd. Magn. Dn. Pestel. 7C. Rintel. & Facult. ibid. Sen. Comit. Schaumb. Consil. F. P. & P. meus etatem devenerandus in disp. de except. th. 12.* nisi quis ignoraverit iudicem esse incompetentem, tunc enim & post sententiam objici potest *l. 15. de iurisd. l. 80. de jud. l. f. C. si a non comp. jud. Termin. proc. c. 203. num. 5. v. Mynf. 4. Obs. 27.* (2) iudicis suspecti *l. f. C. de exc. quæ objicienda ante omnes alias exceptiones Menoch. 1. conf. 5. num. 40.*  
Mynf.

Mynf. 4. Obs. 59. nisi postea suspicio emerferit l. 32. §. 14. de recept. Gail. 1. Obs. 33. num. 11. de recusatione judicis v. Kon. p. 46. & seqq. Pift. 1. c. 9. (3) præventionis l. 7. l. 30. de jud. l. 4. de jurisd. l. f. C. pr. h. c. 19. X. de for. comp. Quomodo autem per citationem inducatur v. Tab. ad Coll. Arg. t. de exc. th. 110. 2. Actorem, ubi præcipue observanda exceptio neglectæ pietatis, quæ oritur, quando quis non impetrata venia eum, quem non debebat, in jus vocat. v. DD. ad h. tt. ff. & C. Termin. c. 103. 3. Tam actorem quam reum, ut (1) contumaciæ l. 3. C. de fruct. & lit. exp. v. Berl. concl. 17. (2) impedimenti l. 2. §. 3. si quis caut. l. 1. de div. temp. præscr. l. 60. de re jud. quando vero opponenda v. Hartm. t. 190. Obs. 11. Zang. p. 2. c. 9. num. 13. de except.

CX. Vel concernunt II. processum ipsum, hinc exceptio (1) litis pendentis l. 30. de jud. cl. 2. ut lit. pend. c. 19. de for. comp. Frantzk. de judic. num. 40. cum seqq. (2) continentiæ causæ, seu non dividendæ v. tr. Mindan. de cont. caus. Gail. 1. Obs. 32. Mynf. 1. Obs. 97. (3) Loci non tuti l. 3. ex quib. caus. cl. 2. de sent. & re jud. Bachov. vol. 2. D. 26. (4) Loci inhonesti l. 21. §. 1. de recept. qui arb. Mar. num. 131. vid. Oldend. tit. de exc. loc. in hon. (5) feriarum v. DD. ad tt. de fer. Kon. c. 12. Pift. 1. c. 24. (6) termini angusti l. 4. l. 72. de jud. autb. offer. C. de lit. cont. Menoch. de a. j. l. 2. cas. 5. num. 6. quando autem talis dicatur v. Panormit. ad c. 1. de dilat. num. 7. & quomodo à brevitate termini angusti appellari possit v. Bald. ad l. 2. C. de Ep. audien. Bart. ad l. 2. de app. recip. Num autem sit validum, quando judex præfigit terminum, ut in eo omnes exceptiones proponantur dilatoriæ. vid. c. 4. X. de exc. Berl. 1. concl. 18. Plura & late ap. Zang. & Oldend. de except.

*Sed nos sat magnum spatium confecimus æquor*

*Et jam tempus equum fumantia solvere colla,*

juxta Virg. in f. Georg. l. 2. hæc enim sunt B. L. quæ pro ætatis ingeniique mei imbecillitate ex præcipuis juris nostri Antistitibus congerere, de hoc argumento, libuit, dum

*Quæ potui feci, sed si quis plura requirat  
Consulat ingenio, qui meliore valet,*  
quippe non inscius istius Senecæ 8. Ep. ad Lucill. dicens:  
Adhuc multum restat operis, multumque restabit, nec  
ulli nato post mille secula præcludetur occasio,  
aliquid adhuc adjiciendi. Interim tamen sit  
SOLI DEO GLORIA.

---

## COROLLARIA.

I.

**N**on licet mutuo dissensu recedere  
re à Sponsalibus de præsentibus,  
sed merito à Magistratu ad con-  
summationem desponsatæ personæ  
adiguntur.

II.

In Sponsam proprie non com-  
mittitur adulterium.

III.

Adulter eam, quam vitiauit  
constante matrimonio, uxore mor-  
tua ducere potest.

IV.

IV.

*Conductor castri, ejusq; jurium  
quorumlibet ratione juris Patro-  
natus ei annexi, in locum tempo-  
re suæ locationis defuncti Pastro-  
ris, alium nominare valet.*

V.

*Testes in possessorio summaris-  
simo jurare debent.*

VI.

*Dominus potest res à militibus  
hostilibus ereptas, & per vim abla-  
tas, ab emptore absque refusione  
pretii vindicare.*

VII.

*Capiens alienas columbas, per-  
mittente licet consuetudine, fit reus  
furti.*

VIII.

## VIII.

*Injurias spargens, & autorem  
prolatarum nominans, non excu-  
satur; hinc etiam nec procurator  
retorsionem injustam insinuans.*

## IX.

*Mutus potest torqueri; si autem  
pariter surdus, & nescit literas, non  
potest.*

## X.

*Pœnæ irrogantur ex justitia  
commutativa.*

## XI.

*Sagarum bona non minus justè,  
quam reorum perduellionis, fisco  
vindicare possent.*

## XII.

*Pœna mitiganda est ei, qui se  
ultra Magistratui offert, & com-  
missum fatetur.*

FINIS.